175. Ceterum quando agitur criminaliter, tot testes requiruntur ad impugnandam affirmatiuam, quot affirmarunt, & fundauerunt eam, quod est intelligendum, quando scilicet testes concludenter deponunt, reddentes causam sciencie de directo contra dicta testimoniū contrarium, coartando negatiuam loco, & tempore, per text. in auth. de hæred. & falc. §. hinc nobis versic. vidisse. Rom. consil. 245. ad primum. num. 9. in fin. Bar. in l. hæredes palam, nume. 7. de testam. in l. obseruare. §. profici. ff. de offic. proc. & legat. Franc. Hercul. laissimè in eius tract. de 176 negat. Alias plus crederetur duobus affirmantibus, quam mille negantibus: & hoc est regulare iux. gloss. in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbitri. & est communis opinio, de qua Ruin. in consil. 97. ad fin. lib. 4. Iul. Clar. d. §. q. 52. versic. scias autem. Atri. Pinell. in l. 2. C. de rescin. vend. Boer. decis. 35. nume. 73. & seq. Soarez. recept. sent. in verb. testib. nume. 378. latè Pacia. de probat. c. 50. per to. lib. 1. vbi omnino expedit videre. & in c. 14. & 15. eo. lib. vbi affirmatiuam ait probari per genus, speciem, & differentias. vnde proposita regula, quod plus credatur duabus affirmantibus, quam plur. negantibus, fallit primo, prout dixi, quando loco & tempore negatiuam coartaretur, & esse communem testatur Soarez. recept. senten. in verb. negatio. num. 21. & seq. secundo fallit; quando negantes essent peccatores affirmantibus, vt in l. prima. & ibi materia. de vent. in spic. tertio fallit in criminalibus secundum Bald. in l. data opera. C. qui accus. nō

poss. gloss. in c. cleric. 81. distinet. Fely. in c. cum Petrus. in fi. de accusat. Ro. consil. 231. num. 4. & ibi rationem assignat, & benè; nam illi depositioni standum est potius, per quam delictum excluditur, quam per quam concluditur. Vnde etiam quod testes essent clerici, hoc casu minus esset eis credendum, si delictum concluderent, quam laicis, illud excludentibus. Hippol. de Mar. in rub. de fide iuss. num. 49. Hinc est quod in delictis attenditur principium si fuerit licitum & finis illicitus, vel è contra; nam quod est licitum attendimus. Boss. de fauo. defens. num. 7. ratio rationis est, quia in delictis mitiore partem sumendam esse arg. text. in l. absentem. de pæn. & in ijs illa. causa spectatur, quæ favorabilior est, gloss. not. in cap. literis. extra de probat & in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbitri. 177 Boss. in tit. de defensio. reorum. vers. vidimus, quomodo enim quod est coidi tenendum, præfertim à iudicibus benignis, & ab humano ne 178 quaquam alienis, quæ fallentia ampliatur procedere etiam quod testes isti essent minus digni illis, qui substantient delictum, & causam non favorabilem. gloss. sing. in c. cleric. 81. distinet. vbi vult, testes laicos præferendos esse clericis testibus. & testes de credulitate proualere testibus dicentibus vidisse committi delictum, vt decidit Fely. in c. quoties. 4. collat. de test. probatur, quia licet testimonium masculorum præfertur c. forus. vbi Pastor. de verb. sign. tamen præualeat testimonium mulierum, vt dixi. supra num. 64. in prima par. princ. deponentium pro accusato. plus hoc casu crederetur infideli, & hæretico, vi. dict. Felyn. in c. de cætero. 3. collat. de test. alios casus ponit Felyn. in cap. ex literis. collat. 4. de test. Alex. consil. 166. vo. 2. & omnino. vi. Gul. Bened. in c. Raynuttius. in verb. qui cum alia. à num. 245. usque ad num. 264. quæ ampliatio limitatur non habere locum, quād delictum esset notorium, vel delinquens solitus, & assuetus, 180 talia delicta committere. Et ex ijs infertur, quod quando probationes sunt pares ab viraque parte, & par numerus, conditio, & qualitates testimoniū, tunc sententia est proferenda pro reo, vt in regula favorabiliores. de regu. iur. Dyn. in c. cum sunt partium. & ibi addent. de reg. iur. in 6. facit tex. in §. commoda. Insti. de interdic. & no. in c. ex litteris & in c. in presentia. vbi Abb. de probat. Paris de Put. tract. synd. versic. probatio cap. 1. per to. & intellige; vt statim dicam; tenet Io. Crot. eod. tract. num. 325. Alex. consil. 46. vol. 5. Boss. in tit. de cont. test. nume. 9. & in tantum hoc est verum, quod & si probationes actoris excederent in aliquo, puta, quod testes essent digniores, nihilominus pro reo iudex sentire debet, ita dicit Menoch. de arbitri. iud. cas. 98. num. 4. & seq. & recte iudicio meo, quando scilicet res est dubia. scrib. in l. edita actio. Co. de eden. vbi communiter concludunt, in medio & fine fauendum esse reo, sed in principio actori, & est tex. in l. si quis intentione, de verbo oblig. Alex. consil. 129. num. 9. vol. 4. Quæ tamen illatio nō subsisteret, quando auctoris causa esset favorabilior, utputa ecclæsiæ, libertatis, matrimonij, testamenti, alimentorum (de alimentis autem vi. pulch. tract. D. Surd.) legitimationis, viduarum, orphanorum, minorum, fisci, pauperum, miserabiliumque personarum, & locorum piorum. l. inter pares. ff. eod. cap. fin. extra de sent. & iud. Spec. §. antepe. versic. sequendi enim sunt. num. 7. eod. tit. nostro. Item quando actor esset

vir bonus & reus vir malus, secundum Menoch. de arb. iud. d. cas. 98. num. 10. car. 133 sed ista opinio est intelligenda, quando res esset hinc inde ob partes probationes dubia; & si pares essent probationes, attento principali negotio, in dubio semper favendum esset reo, dum de eius condemnatione non tractaretur in conflitu testium, quibus magis credendum sit. vi. D. Farinac. eo. tract. q. 55. num. 51. q. 57. num. 35. q. 59 num. 49. & leq. q. 60. num. 151. q. 61. num. 80 quibus in locis de Villallis, Diuonibus, Masculis, iudicibus, A. b. tris, clericis, scientiis, & huiusmodi ut in 4 par. sub nomine. 180. & idem Farinac. q. 65. num. 1. 7. usque ad num. 200. quibus in locis Alij preferuntur ratione status, alij ratione Dignitatis, & alijs ratione personarum, alijs ratione eorum dicti, & causa aptioris & congruentioris. Alij ratione peritiae, & Alij ratione facti proprii: ob quae partes erunt iudicis scientifici & pratici eaute credere & omnia perpendere per l. 3. ff. de test. Infertur secundo, quod si 183 testes hinc inde pares, sed contrarij sint, nemo punitur de falso, vt tenet Aegid. Boff. in titul. de tortura test. num. 35. Alex. consil. 142. vol. 1. in fin. vol. 2. & esse communem, testatur Boff. in tit. de oppo. test. num. 15. vbi multa in proposito videri possunt; & verum dicit, & confirmat id, quod supra dixi: inquit enim, quod etiam si reus esset praedo, tamen esset absoluendus: & quod nemo de falso debeat puniri manifeste habetur, nam si non constat de veritate, vel quis eorum verum dixerit, quomodo ergo detegetur falsitas? cognito certe uno de contrariis, cognoscitur & reliquum, ar. §. primo. insti. de his, qui sunt sui, vel alieni, iur. & in l. prima. ff. eod. titul. de tortura. nu. 35. vbi reprehendit Arer. in consil. 7. col. pen. contrarium tenentem. Infertur tertio, quod si ab utraque parte probationes sint pares, tamen in dubio actus civilis debet sustineri, & potius est iudicandum actum civilem, non dico criminalem, valere, quam quod 186 reat, ut supra dixi. Et sic in pari casu qui in possessione erit, potior habetur, vt in regula in pari. de reg. iu. in 6. & ibi Dy. quæ locum habent etiam in delictis, quando actum sustinere, esset res fauorabilior. vi. Batto. in l. si inter de reb. dub. Tiraq. in tractat. Nobilit. car. 320. Felyn. cap. 1. col. 2. circa fin. Bolog. in l. 2. §. si publico. ff. de adult. Hinc est, quod possidens ex rescripto præfertur in dubio alteri habenti & scriptum tantum. rex. est no. in capit. si à sede præbend. in sexto. quæ in proposito allegat Menoch. de arbitrio. in. cas. 48; num. 10. fol. 91. quem videri omnino inuabit. Quarto, & ultima infertur, quod quamvis pars numerus testium, & tot negant, quod 187 affirmant: Nihilominus plus creditur nobilis, quam plebeo, plus diu iti, quam pauperi, plus in dignitate constituto, quam non constituto, magis honesto, quam inhonesto, plus veridico, quam mendaci, plus homini bona vocis, quam illi, qui est malæ vocis; & ideo in criminalibus, si quis ab uno teste digniore conuincatur, poterit torqueri. Boff. de tort. test. num. 10. plus creditur attestanti de bona fama, & opinione, quam dicenti contrarium. Masc. de probat. conc. 253. vo. 1. testis autem ignobilis bona vocis pro reo præferitur viro nobili fauore defensionis. Mascal. de probat. concil. 299. nume. 15. vo. 2. idem de laicis, qui præferuntur clericis in isto casu: creditur item plus seni, quam in iuueni, plus scientiis, quam ignato, plus testi deponenti in specie

quam ei, qui in genere deponit, reg. generi. de reg. iur. Alex. consil. 87. vo. 1. Mart. præc. §. dilig. gent. num. 198. præstatur etiam fides plus perito, quam imperito, plus ingenuo, quam liberto, plus verisimili, & proximo, quam non verisimili, & remoto: & in hoc non consideratur nobilitas, nec diuitiae, & tamidem plus creditur masculo, quam feminæ, & plus virginis, quam viduæ, vel mulieri maritæ, ut decidit Bal. in cap. pater de probat. Cassa. latè in Catalog. Mundi... & de quibus omnibus habetur tex. & gloss. & Doc. in l. omnes in l. testium & toto titu. ff. & C. de test. Spec. cod. tit. §. ante penult. versic. porrò. Ioann. Crot. eo. tract. nume. 369. Nep. a Montealb. eo. tract. num. 156. quæ illatio locum habet, quando negotium esset aque fauorabile, sed si testes minus idonei sustinerent causam magis fauorablem, ipsi prævalerent. vr no. Bald. in c. pater de probat. & glos. sing. in c. 1. 81. distinet. Panorm. in c. ex litteris & in cap. ad nostram. de probat. Fely. in cap. quoniam. in fine de test. vbi dicit, quod plus infidelis esset credendum, deponenti pro accusato. est alius casus, quem ponit Alex. consil. 166. par. 2. & in paritate Iudeus examinabit qualitatem negotij testium, fidē & integritatē, argumenta & rationes. Item ea qua magis iuri consona, magis verisimilia, & proximiora, ijs enim veritas magis adheret, vt dixi num. 88. patt. 3. & has considerationes ponit Curt. eo. tract. de test. concl. 19. sub nume. 41. vi. Hieron. de Monte tracta. fin. reg. c. 59. vbi latè; & in dubio vbi maiores concidunt conjecta; ibi magis præsumitur veritas. Hinc est etiam, quod ali 189 quando minor numerus prævalet pluribus, quam mille negantibus, vt supra dictum est. exē plumb in probando metu, quia duo prævalent millibus dicentibus non interuenisse metu. Item in probanda sanitatem mentis, nam duo prævalent mille testibus similiter duobus deponentibus de potentia naturæ plus creditur Boer. Decis. 100. num. 3. 4. & 5. idem de testibus singulis dixi num. 135. Item plus creditur testibus pro Reo examinatis super suis capitulis iuris ordine seruato, quam testibus Actoris examinatis præuentorie ad æternam rei memoriam, vt in num. 81. cum seq. par. 2. ptine. etiam quod fuerint repetiti. quia testes ad æternam memoriam 190 non carent suspicione. Item plus creditur duabus tabellionibus pro reo. facit Spec. in tit. de inquisitio. §. primo. versic. generalem cum seq. vbi dicit, quod ad probandum innocentiam vel excusationem, non requiritur, quod testes sint omnino integri. Ex quo alia oritur limitatio, vi 191 delicit, quod plus creditur duabus reddentibus causam scientiæ proximam, quam pluribus reddentibus causam scientiæ remotam; ita per Boff. in tit. de iudic. nu. 18. cum plumb. seq. l. in l. admonendi. fol. 21. facit tex. in l. si plures. §. in arogato. ff. de vulg. & pupill. vbi no. quod magis attenditur causa proxima, & immediata, quam remota, & mediata.

192 Nam dictum proximum dicitur directum: Alex. in addit. ad Bar. l. fin. nu. 7. de quæst. lit. c. & directum dicitur veridicum. Dec. consil. 101. col. pen. Pau. de Castr. & Bal. in l. 2. C. de bono posl. Spec. d. f. antepenul. versic. porrò. & directa dicuntur aptiora negotio, vt 4. quæstio. 3. versic. si testis, rursus plus creditur rationem dici sui aptam reddenti. R. in l. co. 5. de no. op. nunciat. & plus testi deponenti de eo quod præsumitur. Causalca. decil. 20 nume. 6. p. 3. Add. c. de

de procur. vbi de viro honesto, & in c. dilecti. n.  
6. de Iudic. Missin. obser. 38. Centu. 4. vbi mul-  
ta ponit. Curt. concl. 26. eo. tract. de test. plus cre-  
ditur duobus viris honestis quam mille ribal-  
dis. Hiero. de Mont. d. tract. de finibus c. 59. nu.  
13. Nam Longinus qui de resurrectione Chri-  
sti cum duobus alijs militibus testimonium di-  
xit, quam uis turba negauit, tamen plus creditur  
& fides pro veritate data est ijs tribus, simulque  
& gloria paradisi, & autoritas testimoniū præfer-  
tur multitudini, quando multitudine non esset ni-  
mis magna. Bar. in l. ob. Carmen §. testes. ff. de  
test. & plus creditur viro in dignitate constitui-  
to quam plebeio, & inter constitutum in digni-  
tate, & peritum, magis creditur perito, quam  
Principi in eo cuius non est peritus. l. 7. mense,  
de stat. ho. sed magis creditur viro digno dicen-  
ti non fuisse citatum, quam nuntio publicore  
ferrente citasse. Abb. c. cum parati de Appellar.  
Marant. 6. par. nu. 53. de cirat. nisi statuto aliter  
193 caueatur. Est etiam notandum, quod vbi ma-  
ior numerus, ibi magis præsumitur veritas. c. ec-  
clesia nostra. il. secundo, extra de lect. hinc dici-  
194 tur. vox Dei: vi. sup. n. 45. nihilominus semper  
est attendendum ad testimoniū qualitates, & non  
quantitatē. cap. in nostra. extra de test. & in l.  
ob. carmes. §. si testes. ff. eod. Azo. in sum. n. 29.  
C. eod. ii. nostro. Nam paucorum maior digni-  
tas, & melior conditio potest adæquare, & æqui  
pollere, grandem testimoniū multitudinem mi-  
nus dignorum, ita tenet. Specul. d. §. antepenul.  
n. 6. Franc. Curt. eod. tract. concl. 19. vers. adde  
Bald. in l. testimoniū colum. penul. sequuntur com-  
muniter. Doctor. in l. prima. ff. li. cer. per. idem.  
Curt. eod. tract. conclus. 41. Verum omnia real  
sumendo, in conflictu probationum debet at-  
tendi qualitas personarum testimoniū, qualitas cau-  
se, & a causa sit fauorabilis, vel tendat ad publi-  
cam utilitatem, & miserabilium personarum;  
nunquam est obliuiscendum de viduis minori-  
bus, pupillis, pijs locis, religiosis, & ecclesiasticis  
personis, orfanis, & egenis, nam in paritate pro-  
bationum pro huiusmodi personis iudicādum  
est. Item est considerandum an testes deponant  
ad defensam vel ad offensam, quia præalent,  
qui ad defensam testificantur, & licet supra di-  
ctum sit n. 118. quod magis credendum sit virgi-  
ni quam viduae, hoc ualeat in causis pecuniarijs,  
secus in criminalibus ad defensam, & fœminæ  
non repelluntur. ut sup. num. 62. & 64. in glof.  
sing. in c. Clerici 81. distinct. sic fauore innocen-  
tiae plus creditur laicis quam clericis. d. c. clericis.  
Item licet testi de credulitate deponenti regula  
riter non creditur vt sup. num. 145. testis tamen  
ad defensam per verbum credit probat si bona  
causa adiungit. cap. i. de sum. trin. & si Idem  
de testimonio mulierum quod ad defensam  
præualeat Masculis. d. glo. c. clericis, & licet Infide-  
li non sit credendum. vt inf. dicam. nu. 111. par.  
tertia, tamen ad defensam valet. Fely. ca. de cete  
19 de test. idem de Domesticis. Fely. c. in literis.  
eo. de test. Alex. consl. 146. vol. 2. l. pe. ff. de test. i-  
dem de testibus negantibus. d. glo. c. clericis. Bal.  
in l. data opera. C. qui accus. non poss. Item ad  
defensam semiplena probatio edidit plenā. An-  
ca. consl. 285. iure scriptio. num. 4. Item debilior  
præsumptio ad defensam præualeat fortiorē ad  
offensam. C. ex literis de integ. restitu. Item va-  
let testimonium fratri pro fratre. etiam in cau-  
sa Hæresis. c. literas de præsumptio. & contra fi-

scum. Saly. in l. parentes. C. detest. vi. inf. num.  
40. cum sequ. in 3. part. postremō ad defensam  
Reorum non expedit testes esse omni exceptio-  
ne maiores. Spec. in tit. de Inquisitio. §. 1. vers. &c  
generaliter. nisi accusatus esset solitus dilinque-  
re & malæ vocis & famæ. l. desettorem. §. 1. qui  
de re. milit. facit. Benedic. in c. Raynutius uers.  
qui cum alia matrim. 245. vsque ad nu. 264. in  
3. par. vbi predicta recentet. & alia multa.  
195 Et perpetuo notandum est (licet etiam supra  
dictum sit) quod testes in omnibus causis arduis  
debent esse omni exceptione maiores; ut est pul-  
chrum consl. Alex. 143. vol. 2. & Dec. consl. 163.  
196 col. 6. & Paris. consl. 57. num. 18. & 24. Et dici-  
tur causa ardua, quando, tractatur de morte, de  
membrj abscissione, de statu, de simonia, de vio-  
lenta dolosa magni ponderis, de matrimonio,  
de filiatione, de adulterio, vel quando tractatur  
de maiori parte bonorum: ultra alios Menoc. d.  
tract. de arbitr. iud. cas. 100. nu. 5. car. 142. Anca.  
regiens. q. 28. li. 2. nu. 7. Anto. in rnb. post proc.  
num. 141. inter tract. ctim. diuerso. car. mihi 27.  
& in quibus causis testes debent esse omni ex-  
cept. maiores. vi. Masc. concl. 866.  
Et quæ dicantur causa magna, vel parvæ,  
197 aut graues, vel leues in ciuilibus, tradit idem  
Menoch. d. tract. cas. 72. c. 110. vbi iudicis arbitrio  
relinquendum esse, ait, qui iuxta rei, & per-  
sonæ qualitates iudicabit. & vi. supra in 1. par.  
num. 33. & 34. Postremō si statuo caueatur de  
quantitate tercia adhibenda in aliquo contractu  
vel Actu, & fuerint adhibiti plures testes ultra  
numerum taxatum a statuto, videretur forma sta-  
tuti non impletæ, & per consequens actus dici-  
tur nullus. per l. qui Rome. §. flauius. de ver. ob.  
c. cum dilecta de rescript. sed hoc non obstante  
actus substinetur, quia & si augeatur numerus,  
non vitiatur dispositio. l. Hæredes palam. ff. de  
test. in maiori numero inest minor. l. 1. §. stipu-  
lari. de ver. ob. Corset. sing. ver. statutum. 22. &  
sup. n. 87. lit. p. & hæc sint pro expeditione huius  
secundie partis.

## S V M M A R I V M.

- 1 Probatio dupli modo definitur.
- 2 Probationis noua authoris definitio.
- 3 Petatio debet fundari super vero.
- 4 Fides est facienda iudici per testes.
- 5 Testis fidem facere potest oretensis, & in scriptis.
- 6 Testis non debet esse particeps cause.
- 7 Probatio omnis testibus, & fide tabularum con-  
stat.
- 8 Qui dicit, probare debet.
- 9 Iudicem oportet, de negotio esse instructum.
- 10 Iudex non potest omittere probationem, quam fa-  
cit testis.
- 11 Index secundum acta, probata, & allegata iudica-  
re debet.
- 12 Cognitio facit discernere verum a falso.
- 13 Cognitum illud esse dicitur, quod per oculos intelle-  
ctus perspicitur.
- 14 Scientia, quid sit.
- 15 Testis ea quæ facti sunt, scire debet.
- 16 Testis depositio stat in causa scientiae.
- 17 Dictum testis fundatur in intellectu.
- 18 Voces sunt passionum note.
- 19 Vox vniuers. vox nullius; & una vox præualeat mor-  
tuæ. nu. 20.
- 20 Testis canam scientia reddere debet per alterum

- ex quinque sensibus corporeis.
- 22 Probationes, quae sint, quae per facti evidentiam fiunt.
- 23 Ordo est, ordinem in notoriis non seruare.
- 24 Notorium per duos testes probatur.
- 25 Notorium calari minime potest.
- 26 Probationes, quae tantum per instrumentum sunt.
- 27 Fama quando est sufficiens iudicium.
- 28 Fama, quid sit.
- 29 Lapidem fidem facere.
- 30 Arbores vetusta fidem faciunt.
- 31 Statutum requirens probationes fieri per scripturam, quid si facta erunt per testes.
- 32 Pax per testem probata an valeat.
- 33 Instrumentum an praeualeat testibus, et è contra.
- 34 Probationes, quae aptiores sunt per instrumenta, quam per testes.
- 35 Probationes, quae melius probantur per testes, quam per instrumenta.
- 36 Probatio per tabellionem an praeualeat probationi per testis, & è contra.
- 37 dictum testis (vt valcat) multa requiruntur.
- 38 Testis primo iurare debet, & quomodo.
- 39 Forma iuris iurandi, quod datur testibus.
- 40 Iuramentum, quod datur testibus, est iuris divini.
- 41 Iuris iurandum etiam apud philosophos seruatum fertur.
- 42 Iuris iurandum seruari debet, quoties sine interitu salutis aeternae seruari potest.
- 43 Iuramentum quare inventum fuit.
- 44 Iuramentum quod desertur testi an sit de substantia, & an per partes remitti possit.
- 45 Iuramentum quod desertur testi, nec falsarium est.
- 46 Clausula (summarie, & de plano) quid importet, remissive.
- 47 Testes omnes iurare tenentur, & quae personae cogantur iurare: & an valeat iuramentum testis de non depoendo.
- 48 dictum testis sine iuramento quibus casibus vallet.
- 49 Imperator, nec etiam summus Pontifex, quae sunt iuris divini minime auferre possunt.
- 50 Iudicis officium est testi deferre iuramentum veritatis.
- 51 Duces militiae quo modo iurare solent.
- 52 Officialis tenetur iurare, quod statuta seruabit.
- 53 Tactus scripturarum an sit de substantia, quando iuratur.
- 54 Clericus, & si restetur coram laico, tamen iurare debet in manib. iudicis ecclesiastici.
- 55 Iuris iurandum quando deferendum sit.  
Die feriata an iurare lieeat ibi.
- 56 Testis non iuratus an de falso puniri possit.
- 57 Iurans falsum, incidit in perjurium.  
Pena falsi testis quae sit ibi.
- 58 Iuramentum suppletorium non desertur ei, qui falsum dixit, & quando per falsum debet, & de eius materia. nu. 59.
- 60 Testis, falsus a quoque iudice puniri potest.
- 61 Index alias incompetens, sit competens ratione falsi.
- 62 Clericus a iudice laico debet remitti ad iudicem ecclesiasticum, quando arguitur de falso.
- 63 Degradatio quomodo, & per quem fieri debet.
- 64 Clerici quibus casibus degradantur.
- 65 Forma degradationis.
- 66 Pena falsi tenetur, qui pecuniam accepit, ne testimonium dicat.
- 67 Verba testium sunt potius interpretanda, & improprianda, ut falsitas cui tetter.
- 68 Falsarius legitimis probationibus est puniendus.
- 69 Falsum dicens circa accessoria mitius punitur.
- 70 Falsi pœnam evadit, qui falsum sine dolo commisit.
- 71 Falsi criminis accusatio durat 30. annos.
- 72 Citatio testium est de substantia.
- 73 Citatio qualiter fieri debeat.
- 74 Citatio an debeat continere causam.
- 75 Citatio regulariter secundum stylum, & loci consuetudinem.
- 76 Citatio oretenus & eius forma.
- 77 Citatio quibus casibus non requiritur. & nu. seq.
- 78 Forma citationis testium.
- 79 Testes debent comparere intra terminum.
- 80 Probationes ante publicationem sunt fienda. ibid.
- 81 Testes quando ante lit. contest. recipi possunt. & num. 84.
- 82 Testes quando sunt recipi ad eternam rei memoriam, debent eorum dicta custodiri sub sigillo usque ad annum.
- 83 Testes ad eternam rei memoriam quibus casibus recipi possunt.
- 84 Testes quib. casib. post terminum adhuc recipi possint.
- 85 Testes debent concludenter probare.
- 86 Ratio in teste debet esse diuersa a dicto.
- 87 Ratio bona iustificat testimoniū, mala autem elidit dictum.
- 88 Ratio est illa, quae saluat, & destruit dictum.
- 89 dictum testis debet congruere, & adaptari negotio, de quo testimonium prohibetur.
- 90 Testis in causa civili non reddens causam scientiae non officit.
- 91 Testis omnino debet reddere causam scientiae in criminalibus.
- 92 Testis an, etiam si non sit interrogatus de causa, quando eam dicere, & reddere debet.
- 93 Probatio nulla melior, quam per peritos.
- 94 Testes in criminalibus debent esse omni exceptione maiores.
- 95 Iuramentum supplectorium in causis criminalibus non desertur. idem in arduis, & quomodo, & quando sit deferendum. nu. 96.
- 97 Probatio damni dati debet esse apertissima.
- 98 Causæ criminales, & ardua plenissimam requirunt cognitionem.
- 99 Probatio rbi plenissimarequiritur, due semiplene probationes sufficient, & Due semiplene probationes quando unam plenam faciente ibi
- 100 Probationes quando dicantur esse eiusdem generis, & quando diuersi generis.
- 101 Scriptura priuata quando probat contra scribentem, & quando non.
- 102 Scripturæ priuatae virtus, & comparatio, & quod illa impugnari possit, & quibus modis, remissive.
- 103 Fama quando semiplenam probationem facit.
- 104 Probatio in criminal. quando dicitur plenissima; quando plena, & quando semiplena, & ex quibus semiplenis sit plena probatio.
- 105 Confessio, absente parte, per testes sustineri potest.
- 106 Actori incumbit onus probandi.
- 107 Reus quando efficitur actor: & quando onus transfertur in Reum.
- 108 Fama non presumitur.
- 109 Reus omnes exceptiones habet probare, excepta exceptione non numeratae pecuniae.
- 110 Reus excipiendo efficitur actor.
- 111 Negatiua quomodo proberur.

- 112 Negativa quando dicitur coactata loco, & tempore.  
 113 Negativa debet probari ab eo, qui ea se fundat.  
 114 Quomodo proceditur per exceptionem; & qualiter per actionem.  
 115 Negativa tribus modis sumitur.  
 116 Negativa iuris quae sit.  
 117 Negativa facti quotplex sit.  
 118 Negativa alia determinata, alia indeterminata.  
 119 Negativa indeterminata dicitur improbabilis.  
 120 Negativa indeterminata quot modis probabilis fieri potest.  
 121 Testes eo ipso quod negant, arguuntur ut suspecti. Pœna negantis factum, quae sit. ibi.  
 122 Facta, de quibus lex presumit, neganti incumbit onus probandi.  
 123 Bonus quilibet in dubio presumitur.  
 124 Negativa qualitatis quotplex sit.  
 125 Aetas per aspectum probatur.  
 126 Aetas est difficilis probationis.  
 127 Negativa ordinis, & conditionis.  
 128 Quod indirecte probatur, etiam directe probari potest.  
 129 Negativa quibus modis directe probetur.  
 130 Tempus quomodo probetur.  
 131 Tempus, quando est de substantia, probari debet.  
 132 Reus excipiendo de tempore, tenetur probare.  
 133 Tempus est difficilis probationis.  
 134 Tempus quomodo definitur.  
 135 Tempus in iure qualiter sumitur.  
 136 Tempus currit de momento ad momentum.  
 137 Scriptura ad quid inuenta est.  
 138 Tempus probatur per memoriam localem, & circumstantias.  
 139 Morbus Castroni appellatus, alias galantinus quando fuit vniuersalis.  
 140 Mensis octobris inuidere potuit februario propter ademptionem decem dierum.  
 141 Paria sunt, aliquid esse certum, vel per relationem ad aliud.  
 142 Testis recordare non presumitur de tempore praecise.  
 143 Oblivio presumitur spatio trium annorum.  
 144 Testes, dicentes memoriam hominum non extare, debent esse maiores 40. annorum.  
 145 Testes, memoriam extare dicentes, prævalent testibus, dicentibus non extare.  
 146 Instantia, quando declaratur peregrina, & quando calculantur dies ad cognoscendum, an sit peregrina, necne differt.  
 147 Instantiam esse de certam, vel non, quomodo consideratur.  
 148 Tempus breve, longum, antiquum, & perpetuum quod dicitur.  
 149 Tempus intramodum quid factum esse, quomodo intelligitur.  
 150 Incontinenti probare intra quantum tempus debet.  
 151 Dominium quomodo probetur cum seq.  
 152 Dominium directum, & utile quid sit.  
 153 Dominium est difficilis probationis.  
 154 Tempus largissimum quando loco tituli habetur.  
 155 Tempus decem annorum dicitur longum tempus.  
 156 Prædicta probandi dominium.  
 157 Dominium sine traditione non transfertur.  
 158 Dominium an probetur, solutione onerū probata.  
 159 Præscriptio, & titulus qualiter probantur. & numer. 164.  
 160 Præscriptio requirit scientiam, & patientiam ad uersarij.  
 161 Testes de auditu probant præscriptionem facti temporis, cuius memoria non extat.
- 162 Capitulari circa præscriptionem quomodo debet.  
 163 Probatio dubia non reuelat.  
 164 Titulus qualiter probetur.  
 165 Titulus requiritur verus, & non putatius.  
 166 Titulus requiritur præcisè in præscriptione rerum incorporalium.  
 167 Titulum allegari oportet in obligatione personali.  
 168 Bona fides non eget probatione.  
 169 Bona fides, vel mala fides ex quibus causis præsumitur.  
 170 Bona fides licet non probetur, tamen debet allegari.  
 171 Regula est, quod si relenor ab onere probandi, non tamen ab onere allegandi.  
 172 Mala fides qualiter probetur.  
 173 Dominium directum qualiter probari potest secundum opinionem Alex.  
 174 Dominium an probetur per famam in antiquis.  
 175 Dominium utile qualiter probetur, & quomodo concludi debet.  
 176 Onus solvendi collectas spectat ad usufructuum.  
 177 Solutio collectarum, onerum, mercedis, & pensionis, an sufficiat ad probandum utile dominium.  
 178 Dominium an ex possessione presumatur.  
 179 Dominium quibus modis intentatur.  
 180 Possessione transfertur onus probandi in aduersarium.  
 181 Possessio non est modus probandi, sed relevandi à probatione.  
 182 Probationes, quae fiunt solum per coniecturas, & præsumptiones.  
 183 Inditia, quæ dicuntur sufficientia ad inquirendū.  
 184 Præsumptiones iuris quæ dicantur.  
 185 Probatio dicitur perfecta, quæ fit præsumptione iuris.  
 186 Adulterium est difficilis probationis.  
 187 Mulier an propter adulterium presumptum amittat dotem: & cui dos applicetur.  
 188 Collegium magni Duci Etruriæ in academia Pisana valde celeberrimum.  
 189 D. Io. Baptista de Honestis, alias il Pescia, & Dominus Iacobus Angelius, alias il Barga, fundi lucernæ iuris in studio Pisarum.  
 190 D. Io. Talantonius Finizianensis lector logice in studio Pisano valde admirabilis.  
 191 Maritus lucratus dotem propter adulterium, si mulier non habet unde vivere possit, tenetur eam  
 192 Adulterij causa communis fori est. (aleve).  
 193 Testis super adulterio, etiam non interrogatus de causâ scientie, tamen eam assignare deber.  
 194 Testimonium de credulitate valet in causa adulterij.  
 195 Presumptio quotplex sit.  
 196 Presumptio iuris, & de iure, quæ sit.  
 197 Presumptio iuris, & de iure dicitur necessaria.  
 198 Index an pronuntiare possit super præsumptione iuris, & de iure.  
 199 Consensus ex verbis presumitur.  
 200 Consentire videtur qui tacet.  
 201 Factum mentem declarat.  
 202 Mincere malum indicant animum.  
 203 Presumptio una adiuuat aliam; & una presump-  
tio aliam tollit  
 204 Presumptio iuris, & de iure dicitur liquidissima probatio.  
 205 Presumptio iuris ceteris preualet.  
 206 Index præsumptione iuris an corporaliter punire possit.  
 207 Index debet sapere naturam equitatis; nec de facili condemnare.

- 208 Presumptio quo<sup>t</sup> testibus probetur.  
 209 Filiatio est difficultas probationis, & quomodo probe-  
tur; quo<sup>t</sup> testes ea probent; & an ex libro natali.  
 210 Fama aliquando non est vana vox populi.  
 211 Homines plures nascuntur in partibus meridi-  
nali, quam muscae in Apulia.  
 212 Filiatio probatur per librum Natalium, per tracta-  
tionem & nominationem, qua pater fecit de filio.  
 213 Fides quilibet in dubio presumitur seruare.  
 214 Partus in dubio presumitur legitimus.  
 215 Physionomia non probatur filiatio.  
 216 Regin i alba, qua concepit Aethiopem  
Similitudinis varia exempla, & diuersi effectus ibid.  
 217 Matrimonium quomodo probetur.  
 218 Matrimonium est primum omnium sacramentorum;  
Matrimonij probatio est magni praividicij, ex par-  
te ibid.  
 219 Matrimonij causa dicitur ardua.  
 220 Matrimonium clandestina non valens.  
 221 Fidem seruare quilibet cogendus est.  
 222 Insurandum quando seruari deberet.  
 223 Fidei implementum descendit a iure naturae.  
 224 Matrimonium an probet longa coabitatio; &  
an per famam probetur: & an per solam nomi-  
nationem ibi & sum. seq.  
 225 Matrimonium oportet probari cum omnibus suis  
qualitatibus.  
 226 Matrimonium an probetur per instrumentum dotis.  
 227 Matrimonium potest probari per affines, &  
parentes.  
 228 Matrimonium inter nobiles diversimode proba-  
tur. ibid.  
 229 Matrimonium probare ex parte utile est.  
 230 Dos sine matrimonio esse non potest.  
 231 Matrimonium qualiter articulare, & capitulari  
oportet, ut concludenter probetur.  
 232 Consanguinitas quomodo probetur et affinitas.  
 233 Consanguinitas duplii de causa potest probari.  
 234 Consanguinitatis probanda practica.  
 235 Ascendentium primus gradus incipit a patre; de-  
scendentium a filio.  
 236 Collateralium primus gradus incipit a fratre.  
 237 Quid de iure civili; & quid de iure Cano. &  
qualiter utroque iure fiat talis computatio; & ratio  
differentiæ iuris ius ciuile, & canonicum, non  
sequenti.  
 238 Consanguinitatem qualiter oportet articulare, &  
capitulari, ut concludenter probetur. ibid.  
 239 Matrimonium cum quibus licet contrahendi potest;  
cum quibus non.  
 240 Mors qualiter probari debet.  
 241 Quilibet in dubio bonus presumitur.  
 242 Vita humana quanto tempore durare presumatur.  
 243 Mors an per solam famam probetur.  
 244 Mors accidentalis quomodo probetur.  
 245 Mors in causa modici praividicij sufficit probari  
per debiles presumptions.  
 246 Mors attenuata atate, probari potest, & de alijs pre-  
sumptionibus, quibus verisimiliter mori poterit,  
probari, & de morte animalis mortui in longin-  
quis partibus. ibi in fin.  
 247 Cadaver repertum per quos recognosci debet, &  
ad quid.  
 248 Medici pro recognoscendo cadavere debent in te-  
stimonium addiberti.  
Medici quo<sup>t</sup> adhibendi sunt; & quando de verita-  
te, & quando de credulitate deponere debent. ibi.  
 249 Testes periti, ut medici & alijs, an, & quando te-  
nentur jurare.  
 250 Medici duo debent adesse, si haberi possint; sin qui-  
nus, unus sufficit.
- 251 Exceptio ad necessariam defensionem, quando per-  
let, & quomodo probari debet.  
 252 Animus deliberatus quomodo probatur.  
 253 Effectus an punitur, sicut effectus.  
 254 Constitu. Mediolanen. in tit. de pen. §. homicida.  
quid disponit.  
 255 Animus deliberatus non est comprehensus in de-  
creto gratioso.  
 256 Animus deliberatus quid sit; & ad quid cognoscitur.  
 257 Damnum propter animum deliberatum non ga-  
det immunitate Eccl.  
 258 Deus solus scrutator cordium.  
 259 Animus deliberatus est difficultas probationis.  
 260 Iudicis arbitrio relinquitur, an quis deliquerit  
animo liberato, uel non.  
 261 Animus; & proposum distinguunt maleficia.  
 262 Animus deliberatus ex quibus inditius cognoscitur.  
 263 Archibugium, seu sclopus, diabolicum est instru-  
mentum.  
 264 Vulnera letalia quibus modis dicuntur.  
 265 Tempus intra quod cognosci potest, an delictum  
fuerit commissum animo liberato, aut calore  
iracundie.  
 266 Cum portui, uolni, cum volui nequivi.  
 267 Animi deliberati qualitates, an omnes probare  
oportet.  
 268 Statutum, loquens de probationibus simpliciter,  
intelligitur de veris.  
 269 Probationes factæ in uno iudicio; nunquid fidem  
faciant in alio.  
 270 Probationes factæ coram indice incompetenti,  
operatur, ac si factæ essent coram priuata persona.  
 271 Testes ante publicationem eandem uim habent,  
quam scriptura priuata.  
 272 Testes semper intelliguntur publicati illi iudicii,  
coram quo depositi sunt.  
 273 Acta omnia, & integer processus exhiberi debet  
coram indice ad quem, & non pars tantum.  
 274 Acta facta in uno iudicio, an fidē faciant in alio.  
 275 Probationes factæ coram arbitro, an fidem faciat  
in alio iudicio.  
 276 Index ordinarius dicitur bonus vir.  
 277 Probationes factæ coram arbitratore, an fidem  
faciant coram alio iudice.  
 278 Arbitrus secundum iuris ordinem, & acta, & pro-  
bata sententiare debet.  
 279 Arbitrator summariæ, & de plano, altè, & basi,  
sententiare potest.  
 280 Clasula (altè, & basse) & eius effectus.  
 281 Probationes in causa criminali, & in prima in-  
stantia, an fidem faciant in alia.  
 282 Appellatio an in causa criminali admittatur.  
 283 Constat. Mediol. in tit. de accusat. §. a sententia  
qua prohibetur appellari in sententia crim.  
 284 Probationes in causa criminali exactissime re-  
quiruntur.  
 285 Probationes factæ in causa ciuili, an fidem faciat  
in causa criminali.  
 286 Infamis quando inditium.  
 287 Probationes factæ in causa criminali, an fidem fa-  
ciant in causa ciuili.  
 288 Probationes factæ in summario, an fidem faciant  
in plenario.  
 289 Causæ summariae quæ sint.  
 290 Processus omnis in contumaciam factus; dicitur  
summarius.  
 291 Acta facta in uno iudicio debent ediri in alio, &  
fidem faciant.  
 292 Probationū materia à quib. latissime tractetur.

P A R S  
DE PROBATIONE TESTIVM.  
Pars Tertia.

T E R T I A. 37

**S**EQUITVR videre in hac tercia parte principali de probatione testium, cum de eorum qualitate, & quantitate supra dictum sit; ad quod scire oportet, ut ordine procedamus, iuxta titum Iuris. in l. 2. §. appellata. si certi pet. probationē bifariam definiri, primo secundum Azo. in rubr. C. eod. inquit, quod probatio est rei dubia per argumenta ostensio. sed hæc nō congruit, quia secundum Gof. illa habet locū in ijs, quæ probantur per instantiā disputationis, non autem in iudicio, vbi probatio fit per testes, & instrumenta, & plerumq; per indicia, & præsumptiones. secundo modo definitur sic: probatio est rei dubia in iudicio legitimè facta declaratio. Sed quoniam quandoq; etiā extra iudicium probationes fiunt, quando actor ratum habet in iudicio dictum testis extra iudiciale, vt est videre Tind. latè in suo tract. de test. c. 5. & c. 10. à n. 8. vsq; ad nu. 20. & multoties dictum testis extra iudiciale est magnè importatia, vt inquit Hip. de Mars. in l. eos qui. nume. 23. 24. & 25. ad leg. Corn. de falf. sed ut propius accedamus ad materiam nostrā, mihi videtur sic posse dici. Probatio est veræ intentionis nostræ ad fidem, quorum non interest, siue iudicio, siue extra, nec essaria cognitio. Dixi, veræ intentionis nostræ, quia verū debet præsupponi id, quod peritur, siue in iure, siue in facto, & debet fundari intentione nostra super veritatem, & non super fictionibus: nā sicuti veritas dicitur lapis, ita super lapide fundari dēt intentio, vt fundamentum sustineat præsuppositam intentionē. & ita super præsupposito probare intendimus. Docto. in l. edita actio. & in l. qui accusare, C. de eden. dixi, ad fidem, quorum non interest; meritò quia fides per testes, & non per partem est facienda iudicii. l. j. C. de cōd. ob. ca. l. procurator. C. de edē. & etiam quia siue personaliter compareat, & ore tenus fidem faciat, siue in scriptis, quod fieri potest in certis casibus, ut in muto, de quo Abb. in c. de testibus. extra eo. & Gemin. consil. 142. idem si cōsuetudo permittat. Abb. ibidem. & Rom. cons. 204. nu. 8. fol. 58. & in alijs casibus quos ponit Pract. Stiac. c. 16. num. 76. Item quando testes in aliqua scedula sunt propria manu subscripti, vel in aliqua ultima voluntate; ut in l. hac consultissima, C. de testam. Rol. à Vall. consil. 36. vol. 1. & Crass. §. testamētum. q. 10. in princ. ijs duobus casibus probatio valere potest. Nam si testis non compareat personaliter coram iudice, quia obstat legitimū impedimentum, puta, senectutis, vel infirmitatis, vel quia esset persona egregia, de qua Bar. & Las. in l. ad personas egregias. ff. de iure iur. tex. & gloss. in c. 2. de iud. in 6. dixi, in iudicio siue extra, quoniam non semper res in iudicio agitur, sed quandoq; inter partes conuenit amicabiliter extra iudicium, rem probari posse, ut in simili trad. Menoch. de arbitri. iudic. cas. 108. car. 141. vi. Farina. qui limit. 14. modis in trac. de test. q. 80. opp. 35. cat. 399. nu. 27. cum mult. seq. i. si testis legit eius dictum in scriptis. 2. in muto. 3. parte, nec iudice cōtradicentibus. 4. in probanda fama. 5. qn de peritia deponit. 6. in

facto implicito, & intricato. 7. in ciuilibus. 8. quando agitur de probanda ætate. 9. quando ita consuetudine vtitur. 10. sic iubente Iudice. 11. in vilibus personis. 12. quando potest de facto procedi. 13. cum 10. 14. ait non plene probare. ego miror. addo 15. in causa interpretis vt in 4. p. cat. 209. Item in Blesis, qui tardè ac magna cum difficultate loquuntur, vt de Demosthene Dixit Cic. 1. de orat. cum ita balbus esset, vt eius ipsius artis, cui studeret, primam literam non posset dicere. dixi, quorum non interest etiā, quia testis non debet esse particeps causæ, affinis, propinquus magis vni, quam alteri, de quibus in l. parentes. in l. ob carmen. in l. testium, ff. eo. Nep. à Mont. Alba. eod. tracta. nume. 15. cum plurib. & latissimè Viui. lib. 1. op. 353. & op. 282. lib. 2. & op. 384. & lib. primo. & latè Emanuel Soarez. recept. sent. in verb. testes idonei. num. 185. cum plur. seq. probatio enim testibus, & fide tabularum constat. tex. in cap. forus. de verb. signific. Gofre. tit. de probat. §. species probationum. & ei credendū 7 non est, qui dicit, nisi prober. vt in l. qui accusare. C. de eden. cum simil. sed in materia nostra testibus & non testimonij fides à Iudice adhibenda est. l. 3. §. Sabino. eo. de test. & declara vt in glo. lit. S. ex quo no. differentiam esse inter testem, & testimonium, quia etiam inanimata dant testimonium, vt infra de lapidibus & monumentis ac scripturis antiquis: verum testimoniorum est latior probatio. vi. Masc. de probat. in princ. vol. 1. & et quia nemo in causa propria testis potest esse. l. nullus. C. eod. de test. virtute tñ Iuramenti litis decisivi, & iuramenti in litis quis potest dici testis, immo Iudex in causa propria. Plot. in repet. l. 5. quando. nu. 869. C. vnde vi. Dixi tādem; necessaria cognitio: nam iudicem oportet esse instructum, & quidditatē negotij cognoscere. c. iudicantem. 30. q. 5. vbi iudicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. arg. l. scire leges. ff. de leg. & Bat. no. in l. admonēdi. nu. 17. ff. de iure iur. Qui iudex hanc probationē omittere de iure non posset, quia iuris diuini est. c. no. uit. de iud. Menoch. de arbi. iud. q. 24. Marant. Spec. aur. dist. 9. nu. 10. par. 4. Nam in ore duorum, vel triū stat oē verbū. merito igitur dixi: necessaria cognitio; qua habita, secundū acta & probata, & allegata iudex suam debet proferre sūmā. vulg. l. illicitas. ff. de offi. præl. 24. q. 4. & hæc opinio ab oībus est amplectenda: & nunquid hæc opinio, ēt in causis criminalibus procedat. vi. Iul. Clat. §. fi. q. 66. vers. scias. Did. Coquarr. lib. 1. var. resol. c. 1. nu. 6. & dicam inf. de Brachio Regio. Per cognitionē namq; verum à falso, vt alibi à nigro discernimus, cum illud dī cognitum, & inspectum, quod per oculos intellectus inspicitur, & cognoscitur. Bat. in l. 3. de acq. hæred. Anch. reg. q. 9. nu. 23. lib. 3. que cōgnitio, seu scientia est habitus speculatiuus demonstratiuus, tōne vera considerans causas superiores, inferioresq;, cuius finis est veritas, prædicta verò opus, vt inquit Arist. 2. metaph. est supra. & ita iuri nostro adaptatur, pūt est tex. in §. iuris prudentia. & ibi gl. Inst. de iust. & iu. Bar. tract. de test. num. 71. Pariterq; testi necessaria est cognitio in ijs, quæ facti sunt. Bar. d. l. admonendi. num. 17. text. in l. fi. §. subscriptiōnem, C. de iur. deliberan. & in auth. de test. §. si 16verò ignoti, cuius testis dispositio stat in effectu

- 17 in causa scientia. Bal. in l. prima. ff. si cert. pet. & dictum testis fundatur in intellectu, qui uidet & audit, ita inquit Arist. in problemat. intellectus. item testis debet habere memoriam de substantia negotij. Bal. in l. pen. nu. §. C. de tex.
- 18 quæ sine. Deinde rē perceptā voce, (quæ uoces sunt passionum nota, ut ait Philosophus) expli-  
camus, sed articulata, & formata. libro 1. Peri-  
herme. & l. Labeo. §. idem Tubero. s. de suppel-  
lēc. lega. loqua enī manifestatur. & in ijs  
quæ percipiuntur per alterum ex quinque sensi-  
bus corporeis, non ex scientia deponere debet.  
Bal. in c. nisi cum pridem. columna 4. de iust. &  
19 iur. Hinc dititur, quod vox unius, sit vox nul-  
lius. l. iurisfundi. §. simili modo. & ibi not. C.  
de test. & quod viua uox præual et mortua. §. si  
20 verò. in auth. de fid. instru. Spec. §. 3. de probat.  
21 dicam instr. testis ergo per alterum ex quinque  
sensibus causam scientia reddere debet. Bald.  
Barto. & dd. in l. prima. ff. si cert. pet. Abb. in c.  
consuluit. de appellat. Cor. cons. 27. in 3. uol. cū  
causa rationabili.
- 22 Omitto alias probationum species, quæ fiunt  
etiam per facti evidentiam, vt rem oculis subij-  
cere. iux. tex. l. si irruptione. ff. si reg. de quo dicā  
infr. sub num. 93. & etiam pro. ut in notorijs,  
de quib. Dy. & Sal. latè in l. ea quidem. C. de ac-  
23 cusat. & est omnium sententia, quod in noto-  
rijs ortho est, ordinem non seruare. c. ad nostrā  
de iure iurand. Put. tract. synd. vers. notorium  
judici. cap. 2. Pet. de Ancar. consil. 179. incip.  
24 subuliter. in fin. col. 1. Boss. in tit. quomod. pro-  
ced. in cri. not. in princ. quod notoriū per duos  
testes probatur. Bart. in l. hæredes. palam. ff. de  
testa. Mascar. de probat. conclus. 1109. vo. 2.  
25 Bald. in l. data opera. C. qui accus. poss. Marsil.  
in rub. de probat. num. 229. & illud dicitur no-  
torium quod nulla terguersatione celari po-  
test. vt esse communem opinionē testatur Iul.  
Clar. §. si. q. 9. Emanuel Soarez. recept. sentent.  
versic. no. 9. numer. 52. & in hac materia  
notorijs. vi. Iul. Clar. d. quæst. 9. vbi latè. Foller.  
Pract. cri. vers. Item quod est notorium. Boss.  
in tit. de denunt. à num. 1. usque ad num. 9. ubi  
habetur, quomodo in notorijs sit procedendū.  
26 & to. tit. quomod. proced. in cri. not. per instru-  
menta, & scripturas publicas, & priuatias, vt no.  
in c. sedem. de restitu. spol. quod intelligendum  
est secundum Spec. eo. ti. de prob. §. 3. & in ma-  
teria latè tradit D. Io. Maria Land. fororius me-  
us in eius elegant. tract. de publicat. & priuat.  
scriptura. Fit etiam probatio per famam. c. 3. de  
27 probat. & quando fama sit inditium sufficiens  
ad inquirendum, torquendum, & condemnandum.  
est recurrendum ad Iul. Clar. d. §. si. q. 21.  
versic. fama, & ad Parid. de Put. tractat. syndic.  
28 in verb. testis. c. 10. num. 2. 3. & 4. & quid sit fa-  
ma, & alia multa. vi. Cassa. de indic. numero 2.  
Blanc. de indic. latè. numer. 44. & 311. Franc.  
Brun. ibidem. de indic. & tortu. in 3. q. 1. par.  
per tot. Boss. in tit. de inquisitio. num. 28. cum  
plur. seq. vbi inquiri, famam non sufficere ad cō-  
demnandum, nisi de crimine constet, num. 30.  
& probatio per publicam vocem & famam est  
pñnes meis adeo tenuifixa, & quod in De-  
ci suis est valde periculosa, nisi statuto sustinea-  
tur in certis casibus, vt infr. sub num. 208. Item  
ex torematis, seu numismatibus antiquis, pro-  
batur antiquitas Imperatorū, prout plures mihi  
toreumata, seu medalie ostensa fuerint ma-  
gna delectatione & studio, à nobilissimo viro

D. Baptista Viali patricio Ianuensi, qui in Med-  
dalarum studio valde delectatur, de quo nobis  
viro dicit Hubertus Goltez. Herbipolita Ve-  
neianus, in tract. suo numismatum antiquorū,  
vbi de diuersis vrbibus loquitur. & ex collatio-  
ne, torematum, seu medalliarum antiquarum  
facta cum scriptoribus uerificantur toremata,  
quæ fidem faciunt: facit illud euang. ostendite  
mihi numismata; cuius est superscriptio: Cæsar.  
Date ergo quæ sibi Cæsar is Cæsar, & quæ sunt Dei  
Deo. Math. c. 22. & iste nobilis, Pater est prudē-  
tissimi I.C. D. Octauij Vialis nemini secundi  
inter excelsos viros almi Collegij Doctorum  
Ianuensium, cum quo ferè à primis annis fami-  
liaritatem, & cum tota eius familia habui, quæ  
benemerita est in tam Serenissima Rep. Ianu.  
Item locus testimonium præstat & facit indi-  
tium indubitatum ad torturam. Mars. in sua  
Pract. §. diligenter. nu. 33. de antiquis, & croni-  
cas. vi. Bar. in l. 1. nu. 22. ff. si cer. pet. Item per la-  
pides monumentorum, finium, & insignium  
fiunt probationes. iux. illud, testantur lapides.  
& per tex. in c. causam. extra. de probat. Hipp. de  
Marsil. in rub. de probat. nu. 191. Cauale. Decis.  
17. num. 1. par. 2. Spec. eo. ti. de probat. §. quo  
sunt species. num. 12. vbi etiam latè dicit de pri-  
uilegio, & sigillis. Bal. in auth. dos data. C. de do-  
nat. ante nupt. & Boer. decis. 105. nu. 9. Menoc.  
30 de arbitri. iud. cas. 113. cat. 114. Item per arbores  
uetustas, quo ad confinia, & per fontes, aquarū  
riuos, & flumina probationes fiunt, lausimè  
per Hiero. à Mont. in tracta. suo de finib. c. 28.  
num. 3. & c. 19. & per to. & Mascal. de probat.  
concl. 395. vo. 1. accedit illud testiculorum ha-  
bens magnam quantitatem, & diciunt, quod ca-  
stratus collo eos tenet appenos, ne dicatur quis  
- 189 inter quos est Excellentiss. D. Ioannes Baptista de Honestis, alias il Pescia, Dominus & preceptor meus valde coelensis, nec non Excell. D. Iacobus Angelus, alias il Barga, à quo lauream maximo honore Deo dante consecutus fui. Qui duo sunt lumina iuria iuris, unus de mahe à quo ordinarium proficitur: alter de sero, à quo maximo decore ordinarium legitur. Qorum luminibus Pisana academiam gaudet, & fuit, & exultant tot tantique virtuosissimi iuvenes. Nec tacco de illis famosissimis Philosophis & Medicis celebratissimis, videlicet Domino Andrea Camutto, qui milie atque stipendio extraordinarium legit, Domino Hieronymo Borræ, Domino Iohno Angelo Bargensi nemini secundo, & Domino Cicalino de Aretio. nec omittam Excellent. D. Ioan nem Tallentorum patricium meum Fruzensem, publicè Logicam, super omnes doctissime legentem, quæ qui non audit, ignorat Poc phrynum, & Dialecticam. est tan. en inimicos Galatæ, cum quo ab initio non potuit adaptati, nec hactenus cù eo reconciliatus fuit. & cù fratre uno Authoris ambo pari passu ambulat. restantur scolat. Ticin. modò ad rei nostram. Sustinui (inquam) prædictam conclusionem contra ortuissimum iuuenem D. Martinum Latibaldum de Aretio, Alias cognatum & meū aduersarium doctissimum. ex doct. Bart. in l. 2. §. fin. de adult. Anchar. Regiens. q. 75. lib. 3. B. l. in l. neque tales. de probatio. Menoch. cons. 31. per io. & ad materiam. stat. Ang. in l. mater. §. mulier. de adult. Cassan. in rubr. de consue. But gun. de rapt. nume. 53. Cotta in suis memorial. in verb. mulier suspecta de adulterio. Rolan. à Vall. cons. 33. Brun. tract. stat. artic. .... tandem conclusum fuit ex magis communi obseruancia, quod & si vir lucretu r proprie vxoris adulterium dotem, tamen facta chori separatione vir

Vit tenetur eam alere, si ipsa nō habeat aliunde viuere. Cardin. Alexan. in cap. ex parte, colum, si. de spon. & Clar. d. §. adulterium, vbi latè, quæ 192 adulterij causa est communis fori, & est cōm. opin. de qua Alcia. in cap. primo, num. 18. de of sic. ord. & Clar. quæst. 73. verific. quæro. vide etiā Hip. Bonacoss. in suis quæst. crim. in verb. adul- 193 terium. Testes verò super adulterio deponen- tes tenent rationem reddere, etiam si nō fuē- rint interrogati, vt pet. Bart. in d. l. capite quin- 194 to, de adult. in qua probatione testis, de credu- litate etiam admittitur, quando scilicet ratione assignat congruentem, de quo est glo. no. in l. 2. c. item Labeo, ff. de acq. plu. arcen. quod intellige- vite vt supra, de cunctis tamen à iure positis ad probandum adulterium. à nu. 192. usque huc. item depositio testis de credulitate si fuerit pro- ducta, valet ad præjudicium producentis. Ro. conf. 104. ad fi. dum tamen sit publicata. Ctau. de antiq. temp. p. 1. num. 13. & vna conjectura aliam tollit Bart. in cons. 302. proponit 2. vol. & multa ponit Mars. in tract. §. diligenter. nu- mero 190. usque ad num. 197. Mascal. de prob. conclus. 147. num. 4. & conclus. 45. num. 6. & D. Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 29. & infra nu. 202. Et vi. D. Farin. d. tract. de test. q. 70. à num. 60. quæst. 64. num. 222. cum plur. seq. vbi de rōnis causa, de singularitate testium, de loco & tempore probadi adulterium. Post- quam autem verba fecimus, de conjecturis & præsumptionibus, pro terminorū scientia scire debemus, tripli cem esse præsumptionem, temerariam, probabilem & violentiam: temeraria ottum habet à malis hominibus, in quibus se- cadat talis præsumptio, testimonium nō valet. 2. quæst. 1. cap. 1. Probabilis dicitur verisimilis, vt quando per accidentia ad semiplenam per- duimus probationem. to. tit. de præsumpt. vbi Spec. violenta autem est illa, quando ius præsum- mitur. de qua 33. quæstio. 1. & in l. filium, ff. de ijs qui sunt sui vel alien. iur. & hæc subdudi- tur, quia alia iuris tantum, alia iuris; & de iure. Primo modo est, quādo lex aliquid præsumit, sed super præsumpto nec statuit, nec deliberat, exemplum, quando chirographum, seu apodi- xa esset cancellata, tunc præsumitur solutio; sed quod re vera hoc verum sit, ius non affirmat, quia verum esse, & etiam non esse potest. tex. in l. si chirographum, ff. de probat. Item quando quis visus est fugere cum cultello sanguinolento de domo vulnerati, præsumitur contra eum; sed tamen lex non resolvit, quod in effectu ille fuerit qui vulnerauit, sed sicutum præsumitur. ar. cap. litteris. extra. de præsumpt. & Blanc. de ind. nu. 197. & præsumpta probatio contra colum. præsumptum sufficit. cap. 1. de præsumpt. & ideo testi de credulitate creditur in hoc. Ias. in rubr. de iur. iutan. Mars. in rubr. de probat. nume. 10. 197 Præsumptio verò iuris, & de iure dicitur ne- cessaria, quia lex statuit, & vult illam præsum- ptionem pro ipsa te haberi, & per eā iudex po- 198 terit pronuntiare, nec recipit probationem in contrarium. 1. q. 1. si qui clericorum, & §. pen. & §. fina. in Authent. vt li. matr. vel ani. Alber. Brun. tract. iudic. quæst. 8. Cassa. eod. tract. iudi. num. 1. car. mihi 397. inter tract. cri. diuerso. exempla possent ponit in qualibet causarum, pu- ta si Titius promisit per verba de præsenti velle se nubere cum Berta. deinde coninxerit cū ea, 199 ante conditionis evenum. Ex verbis præsum- mitur consentius, vt in regula. nuptias. de regul.

iur. & tanto magis cum ad actū copula deue- 200 nerit, statuit lex has esse nuptias; item quādo quis dum de suo tractare iur incōmodo racuit, cum loquendū separare datum nō potuisse, pre sumitur consensisse, dixi infra in 5. nume. 179. ideoque lex statuit, vt in l. qui patitur, & ibi Doctor. ff. de manda, quod intelligendum est secū- dum Dec. & Cagnol. in l. is qui tacet, & in l. qui tacet, de reg. iur. & declara. Dyn. in cap. qui ra- cet, vbi ponit exempla, de reg. iur. in 6. & Abb. Fely. & Cano. omnes, in e. nonne, de præsump. vbi ponunt fallent, & magna ceterua Docto. in addit. ad Dyn. dicto cap. qui tacet, quod magis procedere dicunt, quando tacens facit actū con formem Actui, quia videtur ratificasse illum. c. ad quod, & cap. veniens, extra. de spons. Bal. in l. siue, de probat. quo casu factum dicitur men- tem declarare. at §. pauorum. institu. de re. diui. Nā facta sunt portiora verbis. l. de pupillo. §. me- minisse, de oper. nou. nunc. In causa criminali 201 exemplum potest poni, quādo quidam inimicus ē domo mortui, vel vulnerati aufugere vi- sis fuit cum gladio sanguinolento, & iam mi- natus fuerat velle tale delictū peragere, & de delinquente nō constat nisi per ruinam, qua ma- lum indicant animum. Imol. in l. fi. ff. de hære- 202 insti. vbi concludit, quod per minas quis tor- queri potest, quando scilicet est solitus delicta committere, communem esse testatur Clar. §. fin. quæst. 2. 1. §. mina. Duen. reg. 192. ampliat. 4. Blanc. dicta l. fin. num. 297. & attingitur præsum- ptio quando post minas etiam viuis fuit fugere cum gladio sanguinolento, ex quo vna pta sum- 203 pto aliam convuldat. at. ea. officij. extra de- elict. sicut etiā vna præsumptio contraria, con- trariant tollit præsumptionem. Bru. dicto tract. indic. 5. q. prima par. nu. 1. car. mihi 337. & for- tor tollit debiliorem. Bald. in l. que possidetiss. P. C. de probat. & tex. in l. diuus. C. de in integr. restit. vi sup. nu. 194. sic vnum inditum aliud tollit. Alexand. coni. 77. in causa Accusationis. volum. 1. Hinc est, quod si vnum testis dicit Ti- tium commissile delictum, alter dicat qd non; Titius non potest torqueri alio non constito. Mars. tract. §. Diligenter nu. 190. cum seq. & sic ut fuga facit inditum contra carceratum, aut carcerandum, quod qualiter procedat, vi. Bart. distinguentem ante accusationem, vel post ac- cusat. in l. 1. ff. de Bon. eorum & Clar. fi. §. q. 21. vers. fuga cum vers. seq. Sic si fugiens iurauerit, non fugisse, tollitur illud inditum. Mars. tract. §. diligenter, nume. 43. & 44. & vi. Mascal. de probat. conclus. 819. nu. 2. 1. volum. 2. vbi de illo qui fugit ē manibus satellitum, si vocatus po- stea se spōte constitutus, tollitur illud inditum. & de illo qui fugit e carceribus, & iuit ad supe- riorem. ui. Paul. Ghirlan. tit. de relaxat. Carce- rato. num. 10. aut si sponte reueratur. Mascal. conclus. 820. volum. 2. ubi, an fugiens habetur pro coniusto & cōfesso, vi. Clar. §. fi. q. 2. 1. vers. fuga Delinquentis. Grammat. cons. 42. nu. 18. ubi de eo qui fugit ad Civitatem Metropolitanam, vbi est caput iustitia, & vi. Bajat. ad Clar. q. 34. num. 37. ubi qui vadit ad superiorem, non dicitur fugere. fallit, nisi debilior præsumptio es- set pro accusato, & fortior contra eum; nam per debiliorem fortior elidetur, per tex. iun. glo. in cap. ex litteris. de in integr. restit. & vide la- in l. 1. C. com. in un. deleg. ubi idem de indicij, Boss. eod. tit. de indic. num. 90. Aliud exemplū habetur ex l. fina. C. de adult. de quo supra dixi nu. 182.

204.nu.182. Quæ præsumptiones iuris, & de iure appellatur liquidissimæ probaciones. l. licet im-  
205 perato. de leg. no. gl. in l. penult. C. de per. tut.  
& istæ præsumptiones legis ~~ceteris~~ prævalent præsu-  
206 ptionibus. Patr. consil. 12. volum. 2. &  
vt dixi nullam probationem incontrarium ad-  
mittunt; nisi solam partis confessionem, in cu-  
ius partis fauorem cadit præsumptio. Doctor.  
Cano. dicto cap. nonne de præsump. Benedict.  
in cap. Raynutius. num. 9. par. 3. verl. c. quæ fi-  
207 lium ex eo suspiciens, & ex ijs præsumptioni-  
bus communis opinio est, quod iudex possit  
sententiam proferte, imò secundum Boff. euia  
corporaliter condemnare, vt in tit. de confess.  
& conuic. num. 29. refert etiam Clar. d. §. fina.  
quæstio 20. verl. item scias: sed, quia hæc opi-  
208 natio controversiam patitur, rigorosi iudices  
potuerunt condemnare; & qui vero iudices, gra-  
no salis, semper in mitiorem penam dixerunt  
iudicium suum, & certè tutius agerunt. ar. l. absent-  
tem, de pœn. l. quod si explosi, ff. quod cer. loc.  
& hæc ita incidenter tacta sufficiat, quia in ma-  
teria præsumptio. ultra adduc. semper est recur-  
rendum ad doctiss. tract. de præsump. D. Andri.  
Alcia. & nouissime ad elegantissimum de mo-  
209 te tract. D. Menoch. de præsumpt. sed ad prob-  
bandam præsumptionem duo testes requirun-  
tur. gl. in l. fin. C. fam. ercisc. Prosequendo alias  
quæstiones. Quæro sexto & principaliter, quo-  
modo probatur filiatio, & certè est vna ex dif-  
ficioribus probacionibus. glo. in l. de probat.  
tex. in l. Lucius, ff. de conditio. & demonstr. &  
in l. 6. vicinus, C. de nupt. Menoch. de arbitrio. iu-  
dic. cas. 100. & cas. 89. num. 1. & ibi per tot. doc-  
etq; practicam probandi filiationem num. 96.  
fol. 121. & nouissime D. Pacia. de probat. c. 6.  
lib. 2. ante eum. Mascar. de probat. conclus. 790.  
vsque ad concil. 798. volum. 2. & Flotenuæ ex-  
tat statutum Rubi. 2. in 2. volum. vbi Filiatio  
Paternitas, iurisdictio, & Tabellionatus possunt  
probari per 4. testes de publica voce & fama,  
Similiter Mors, & consanguinitas. & vi. Re-  
format. 151. De anno 1477. & s. Hec igitur si-  
210 latio plurib. modis probatur. primo per asser-  
tionem ambarum partium, quæ talern in suum  
nomina vere filium, & vt: filius ab eis tractatus,  
habitus quæ fuit. super quo testes debent depo-  
nere nedum de visu, verum & de auxiliu. Eccl.  
in capit. per tuas, de probat. Secundo probari  
potest per fidem obstericum & commatrum  
quæ partui adfaerunt. Barto. in l. 1. ff. de venti.  
insp. vbi ponit casus in quibus testi creditur de  
credulitate. Item per fidem curati, & compa-  
trum, & librum Natalium, quem habet penes  
sc. rectores, seu curati animarum, & quandoq;  
patres, secundum glo. in §. fin. init. de inge. Be-  
nedic. in capit. Raynutius. in 3. par. verl. quæ fili-  
um. num. 14. in h. & memini vidile, quod in  
prima pat. Bart. ff. ver. Clariss. olim D. Carolus  
Cavale. Iuriscons. & pater meus honor. scriptū  
reliquit, quod filios habuit, qui fuerunt, nu. 24.  
ex legiūmo matrimonio, diemque, mensem,  
annum, & horam Natalium, & ipse ne vide-  
ret nimis festinanter ad annos multos peruenisse,  
sicut te vera D. Patet meus dixit me orum  
fuisse die 24. Februario 1553. aboliri & cancel-  
lari, & scriptū 1555. Quia de re peto hoc in pro-  
posito veniam. Tertio probatur filiatio per co-  
muniem opinionem & famam. Alexand. con-  
sil 90. nu. 9. volum. 6. & puto esse verum quan-  
do aliud in contrarium non appareret, Menoch.

d. cas. 89. num. 80. cum seq. vbi inquit quod fa-  
ma nō est vana vox populi quād res per con-  
lecturas potest probari. Et vanæ voces popu-  
li sunt, quando habent ortum à malevolis, &  
non admittuntur. l. decurcionum, C. de pœn.  
de quibus pulchre Benedic. in c. Raynutius. veri.  
primo mortuo testatore, & facit illud Aristot.  
in 3. Reth. quanto maior populus, tanto minor  
intellexus, & vox populi inconstans & vola-  
bilis; qui vincit, viuat, dicere solet; & in trium-  
pho Domini Nostri Iesu Christi omnes cla-  
mabant dicentes: Benedicetus qui venit in no-  
mine Domini; sed in passione blasphemabant  
dicentes: crucifigatur, tolle hunc & dimitte Bar-  
tabam: & exaudita fuerunt vanæ voces populi  
contra Innocentem, quia ipse voluit. Sed inter  
nos vanæ voces populi non sunt audiēda. Clar.  
§. fin. q. 8. verl. sed nunquid. vi. supra num. 126.  
in 2. par. vbi de fama tractauit. Quinto proba-  
tur, si appetet de confessione facta à parentibus,  
sive in iudicio, sive extra iudicium, vel in aliquo  
contractu, aut in aliqua ultima voluntate; quia  
dixit, vel confessus fuit nominando & prote-  
stanto, tale in esse filium suum, de horo est glo. l.  
ecclesiæ, ff. de prob. & in d. l. filium, ff. de ijs qui  
sunt sui. Barto. in d. l. Lucius, ff. de conditio. &  
demonstr. idem in l. 2. vbi etiam glo. ff. de lib.  
agnosc. Lanfranc. de Oria. eod. tr. c. num. 98.  
Bened. in dicto cap. Raynutius. verl. quæ filium  
ex eo suspiciens. per 10. vbi inquit quod respectu  
matri clara haberet potest probatio, sed recipi-  
et patris res est valde dubitabilis: & oportet  
scire, quomodo Beata yxot filiabit, faciuit vers.  
Homer, quos etiam Menoch. recitat. d. cas. 89.  
*Ex illo natum mater me dicit, at ipse.*  
*Nescio, nam certum quis possit ferre patrem?*  
211 platerum noctis tenebris, & in partibus  
Meridianis, vbi sol nimium calet, adeo, quod  
plutes generantur homines, quam in Apulia  
musca; & tamen præses prouincia nulla pra-  
stat prouisionem, quide ego erit in partibus oc-  
cidentalibus? (credo) pluere homines: unde  
quam sit difficile quo ad patrem probare filia-  
212 tionem, considerare. Ideo per confessionem,  
per librum Natalium, sive à patre scriptum, sive  
a patrocho quando baptizat filios, vt per Causal.  
in repetit. decis. verb. libri Canonicon, car.  
1063. prima parte, & decis. 12. nu. 23. par. 2. per  
tractationem, nominationem, & reputationem  
filiorum, filiatio probari potest, quæ probatio  
erit iustis, & de iure, si utique probatum erit con-  
ges fuisse habiles, ad procreandū. tot. iii. de fug.  
& malef. item quod simul cohabitauerint: nu-  
213 de, quia præsumitur in dubio quamlibet ser-  
uare fidem viro suo, vt in dividua vita servetur.  
R. late Benedict. in cap. Raynutius, in verl. quæ  
214 filium. num. 1. 2. 3. 4. & 5. Hinc est, quod post  
quam mulier peperit, præsumitur in dubio ex  
proptio viro suo procreasse. Duen. in reg. 76. fi-  
lij, & tex. in cap. dudum, de præsumpt. Accedit  
215 etiam physiognomia, seu similitudo parentum,  
quæ tamen est probatio non concludens. gl. in  
l. quod si nolit. §. si emancipatum, ff. de adilic.  
adic. & non atrenditur communiter per Bal. &c  
alios in l. Gallus, §. 1. colum. vlt. de lib. & posth.  
& datur exemplum Regina quæ Aethiopē pe-  
216 perit, dum item habebat cum eius viro, licet  
ambo essent albi: in tuebatur enim & cogita-  
bat de Aethiopē depicto super Thalamo, vel  
cubili. de qua August. in §. lib. de ciuita. Dei, &  
Benedic. d. verl. quæ ex eo filium suscipiens,  
num. 16.

num. 16. vbi in materia physionomiae, & similitudinis alia ponit exempla. cetera de filiatione, vi. per Menoch. d. cas. 89. per ro. & Duen. in regul. 341. 342. 343. & 344. Blanc. de Indic. num. 406. Septimò, principaliter quarto quo modo probatur matrimonium, & certe probatur ex necessarijs, & nō leuibus præsumptiōibus. est enim matrimonium primum institutum sacramentorum. capit. debitum, de bigamis, & Concil. Trident. sessio. 24. Lancellot. Perus. institu. cano. in tit. de sacram. matri. §. 2. lib. 2. Benedic. d. cap. Raynutius. in verb. cuius Petro trad. num. 20. fol. 149. in 2. par. vbi dupli- ci de causa institutum fuisse ait matrimonium Caualca. decis. 12. nume. 22. parte secunda, & maximi est præiudicij tractare, an verum, vel nullum sit matrimonium, & est questio ardua ut in cap. literas. de præsumpt. & capit. licet ex quodam, de test. Concil. Trident. d. sess. 24. Can. 1. 2. 3. 4. & 5. cum alijs sequent. tradit Alexand. consil. 156. num. 12. volum. 5. vbi multa in ma- teria huius probationis adducit, & Menoch. S. de arbitr. iud. cas. 205. nume. 7. fol. 210. & ideo inimicitia proniens ex causa Matrimonij di- eitur ardua & capitalis, secundum gl. & Doct. in l. quæcumque ff. de iur. iuram. Blanc. de iudi- num. 119. circ. si. & in omnem casum est arbitriatum iudici. Menoch. d. cas. 205. vi. infra in- 219 3. par. sub nume. 69. Verum enim vero opus fuit hominum falacijs, nostris temporibus ob- viam ire per sacrosanctos. Cano. vt cauetur in Concil. Trident. decret. de reformat. matri. cap. 1. Lancellot. in titu. de cland. desponsat. §. 1. lib. 2. inst. cano. videlicet, quod prius tet a curato de- nuntiatur, & publicetur in ecclesia, inter quos matrimonium sit contrahendum; alijs matrimonia clandestina ipso iure non tenent, vt in 220 dictis decret. quamvis quilibet fidem seruare cogendus esset, l. conventionum, vbi Docto- communiter. ff. de paet. ad instar iuramenti, quando illud potest seruari sine dispendio salutis æternæ, tunc est omnino seruandum: ita & fides quæ iuramento æqui paratur. tex. in cap. ad aures. extra. quod met. cau. Menoch. de arbitr. iud. cas. 367. num. 4. & sequ. fol. 308. Nā 223 fidei implementum descendit a iure naturæ, & diuin. & d. l. conuentionum. de paet. ideoque meritò in quolibet negotio debet seruari; & quanto magis in matrimonio. Gomes. varia. resol. tit. de delict. tom. 2. cap. 12. num. 7. ne mi- sellæ nugis hominum profligate, impudicæ dicantur. quare hac in re rogo euratos animarum bonæ esse conscientiæ & diligentiæ, quorum li- ber probat matrimonium. Caualca. d. decis. 12. num. 23. parte secunda. Nec ad probandum ma- 224 trimonium sufficit probare longam coha- bitionem vna cum fama, vt esse communem opinionem testatur. Soc. cont. 39. visis & in spe- ctis. colum. 2. lib. 1. Turaz. ep. 108. quia etiam concubinæ multæ reputantur vxores, sed si per 40. annos cohabitatio sola fuerit probata, tunc secundum Præposi. in c. consultationi. de spon. videtur probatum matrimonium. Nec etiam sufficit nominatio sola, nec sola fama, nec anni- li positio. Lapp. Allegat. 56. Mascar. de probat. T conclusio. 1020. volum. 2. nisi de ceteris etiam 225 qualitatibus ad validitatem matrimonij te- quisitis simul fuerit probatum, de quib. tradit. Alexand. in d. consil. 150. Felyn. in cap. illud. de præsumpt. Cnrt. iun. consil. 95. num. 5. Soarez. recept. sentent. in verbo. matrimonij probatio-

num. 113. & quicquid legatum est à viro mu- lieri, quam tanquam vxorem diu tenuit, nō va- let, si sub nomine vxoris relictum sit, & matri- monium sit prohibitum absque dispensatione, quam impetrare vir non curavit, & sine dispen- satione mortuus sit. est tex. in l. fin. de legat. pri- mo cum concor. Bart. in l. miles ita. §. mulier 229 ff. de test. & licet per instrumentum dotis nō probetur matrimonium. vi. per Fely. d. capit. il- lud, de præsum p. illud procedit quo ad tertium. securus verò quo ad ipsos contrahentes. Alexan. consil. 21. colum. 2. volum. 1. Bald. auth. si quis in aliquo. C. de æden. & nouissime. Prac. Stiac. V capit. 21. num. 2. & an matrimonium non con- summatum, dici possit matrimonium, dicam infra nu. 231. in fi. Ad probandum autem ma- 227 trimonium, patentes & affines admittuntur, qui alijs regulariter non admittuntur, vt dicā infra latius. iudicisq; arbitrio relinquitur, nū- quid eis credendum sit, quando inter coniuges, vel eorum affines est disparitas dignitatis, vel 228 status. Nell. cod. tract. de test. num. 7. facit Be- nedic. in dicto cap. Raynutius. in verbo. cuius Petro, num. 22. vbi docet cum quibus, quando, & qualiter matrimonium sit contrahendum, & vide Bald. in l. si qua per calumniam, C. de episcop. & cler. tenete, quod matrimonii inter valde nobiles non possit probari, nisi per instru- mentum, quem refert Marsil. in rubr. de prob. nume. 22. de qua nescio videre rationem diffe- rentiar, nisi quod isti sint magnates, & tractetur de rebus magnis, quæ tamen mihi re vera non quadrat, nisi forte habeant speciale priuilegium contrahendi matrimonium, diuerso modo ab 229 alijs: & licet probatio matrimonij sit valde præiudicialis, tamen dum cōcludenter probatur, illis scilicet modis, quibus probari debet, dico il lam esse utilem vni, & dam nosam alteri, quia tractatur de alimentis præstadiis, & alijs, de qui- bus. Capell. Tolosa. q. 72. & 380. & ibi add. Af- flict. decis. 152. & Caualc. in report. suarū decis. in verb. maritus. par. 1. Rimini. iun. consil. 255. co- lum. 1. & 2. volum. 3. f. cit etiam ad priuilegia 230 doris, nam sine matrimonio de iure ciuilis, nō est dos. latè scrib. in rubr. ff. solut. mati. & in l. si constante. cod. tit. concludo igitur ad proban- 231 dum matrimonium die, & anno, cum Berta & Mauro contractum, iuxta ritum S. R. Eccl. X. cum Benedictione & congratulatione nuptia- rum. iuxta disp. Cancil. Trident. sess. 24. cap. 1. Dereformat. matri. & ideo Affines non erunt testes idonei, nisi in testes à parocho fuerint vo- cati. Alex. consil. 152. vol. 5. quod fit, si ex aliqua causa alij testes non possint haberi, vel ita paro- cho expediens videatur, & vi. tex. in l. etiam ma- tris. ff. de prob. Nell. eo. tract. in ver. consanguinei, qui simul cohabitauerunt, & ad inuicem se tractauerunt, & nominauerunt in virū & uxo- rem, vt est publica vox & fama, & ita ab omni- bus vicinis, affinibus, & consanguineis coniu- ges habiti & reputati fuerunt, prosequentes af- fines se ad inuicem mutuis benevolentijs, eundo, & bibendo, vnu in domū alterius, & econtra- vt dicā statim, & Virginitas probatur per obste- trices, & per virū. c. requisisti. 35. q. 1. & tpe ve- teris testimoniū per ostensionē panni sanguino- lenti. c. 22. in Deut. & Iudices de hoc fulent inter rogare, & in Regno Neapol. in Ciuit. Nolē mo- ris est muliereni ostendere pannum sanguino- lentum consanguineis, ad probandum copulā. Matrimonij. Afflict. decis. 236. nume. 2. & se- cundum

cundum mores dictæ ciuitatis inferrur, quod matrimonium non consummatum matrimonium non dicitur, contra tex. in l. nuptias non concubitus, sed consensus facit. de reg. iur. nisi di cas quod differunt nuptia à Matrimonio, tanquam preparatoriū ad preparatum. vi. Couarr. in Epito. ad quartum. Decret. c. 1. & Fanut. de luct. dot. glof. 2. nume. 44. Menoch. de arbi. iud. cas. 103. Pacia. de probat. capit. 2. 3. & 4. lib. 2.

232 Octauò quero principaliter, quomodo probatur consanguinitas, vel affinitas, & hæc quæstio valde utilis est pro statutis vbiique de successioneibus disponentibus, estque in hoc considerandū, quia ad duplum effectum dupli modi probari potest consanguinitas. Primo si simpliciter queratur de consanguinitate, vel affinitate, nec ultra queritur, tunc sufficit probatio per testes qui sint personæ graves, deponentes etiam de auditu tantum, tex. in cap. licet, de test. & addētes, quod ita credant, ut sentit Crot. cod. tract. sub num. 366. Specul. cod. titu. de test. §. 6. versic. hoc etiam nota. Lanfranc. de Oria. cod. tract. nume. 99. Sed si de visu etiam deponant, tanto melius, dicendo vidisse Petrum, & Franciscum adiuicem mutua benevolentia consanguinitatis se tractasse, & frequenter simul manducasse & bibisse, & obsequia præstasse, & pro consanguineis, vel affinibus ab omnibus reputatos & habitos: & quod sit verū, Petrus fuit filius Iacobi, & Franciscus filius Antonij; qui Iacobus, & Antonius erant fratres, ex Berta & Titio geniti, quam Pract. tradit honor. frater meus. in sua decis. 12. num. 10. in prima par. & est valde notanda, quia hoc modo concludenter probatur consanguinitas ad prædictum effectum. At si queratur de probanda consanguinitate, vel affinitate, ad hoc ut quis vti proximior præferatur, retenta supradicta practica, est aduertendum circa successiones ascendentium, ut computetur primus gradus incipiendo à patre, si descendentiū, primus gradus incipit à filio. quod est virtusque iuri's constitutio. Inst. de grad. cog. vbi glo. & Porc. & ibi Ias. in Add. Doct. in l. 1. C. de Carb. edic. tex. in authent. defuncto. C. ad Tertull. vbi omnes communiter concludunt ita gradus computari tam quo ad successiones & hereditates, quam quo ad tutelas deferendas, & tam de iure cano. quam de iure ciuili, & municipali, etiam in successione honorum feudalium, ut recenseret D. Crass. d. tract. vlt. volum. §. successio. quæst. 1. Benedic. dicto cap. Raynutius, vers. quæ filium. nu. 88. Sed discrepant supradicta iura in computatione graduum per lineam collateralem. Primus gradus incipit à fratribus quo ad contrahendum matrimonium, secundum ius Cano. sed de iure ciuili, frater, & soror sunt in secundo gradu: nam frater est unus, & soror alius gradus, ratio est, quia ius ciuile per unum quamq; personam vnum constituit gradum: ius autem Cano. considerauit, nempe quod duas personæ de eodem corpore natæ tribuunt initium linea transuersali, ideoque in primo illius lineæ gradu sunt fratres, & sorores, sed de iure Cano. ad causandum vnumquemq; gradum duas personæ, ex unum corpore natæ (sive plures sint) requiruntur, ut 35. quæstio. prima, c. ad sedem. Ias. in addit. ad Porc. inst. de grad. cog. Benedic. d. cap. Raynutius, vers. & uxore nomine Ade-

238 lasiam. n. 83. cum seq. Computatio graduum ciuilis dicitur directa, propria, & naturalis, tan-

quam ascendendo & descendendo de gradu in gradum. At computatio iuri's cano. sit per salutem & improprie secundum ius Ciuitatis: Benedic. vbi supra num. 89. Ex quibus notare quando simpliciter est probanda consanguinitas, vel affinitas, nec aliud queritur, quomodo sit capitulum: idem quando probanda est affinitas ad hoc, ut quis proximior præferatur, vel 239 actum matrimonium contrahere possit, in qua materia ad cognoscendum cum quibus possit contrahi matrimonium, & cum quibus non, videnda est omnino regula breuissima, facilis, & miranda D. Borg. Caualc. fratrii mei honor. quam posuit inter eius decisio. in 3. par. de contract. decisio. 12. Mandatum procuratoris per testes probari potest secundum commun. op. per glo. in l. maritus, ss. de procurat. & ibi dd. & Ias. in l. prima, C. de eden. vbi colum. 3. limitat. quinque modis. vide Vant. de Nullita. ex defec. manda. numero 70. Boer. decis. 154. & qualiter probeatur mandatum ad delinquendum. Mafcar. de probat. conclus. 13 17. volume 2. vbi de fide etiam mandatariorum ait, & Decia. tract. crim. cap. 34. num. 30. volume secundo, & latè, c. 36. & Ang. de malef. in verb. & Sempronium Rodulphi barbitonarem. per tot. vbi aug. sub numero 39. & an testes pro mandante prosint mandatario, & econtra, ponit, & allegat Bal. in l. iurisconsulti, C. quibus res iud. non nocet: sed quo ad mandatum delicti regulariter est probandum per scripturam, nisi à vicinis, & ab alijs notis iustificaretur dictum mandatarij asserentis habuisse mandatum ad delinquendum. Bart. & alij in l. 1. C. de manda. Gramma. consil. 54. numero 17. & Decis. 36. numero 25. & 27. & poterit etiam probari mandatum per conjecturas, videlicet, si Dominus dixerit famulo, vade, & non reuertaris, nisi illud feceris, secundum exemplum Clar. in q. 89. versic. sed hic incidenter. vel si quis dixerit, dà al traditore, & inde secutum fuérit homicidium: item si dixerit quispiam. Io. flò di mala voglia, vorrei, che il tale misfusse leuati davanti d gli occhi, &c. de quibus per Baiar. ad Clar. d. quæst. 89. versic. sed quid; vbi ait, quod in probando hoc mandato per conjecturas, tria requiriuntur; Primo, inimicitia capitalis; Secundo allocutio secreta; Tertio, quod post talia verba incontinenti fuerit secutum homicidium, pro ut dictum Bart. in l. si quis mihi bona, §. si manauerit, ss. de acquir. hær. declarare. ait Dec. in consil. 234. nu. 5. sed quo ad mandatarium facit inditium si non acceptauit mandatum contra mandantem. Mars. pract. & diligenter, nu. 37. cum aliquo administriculo quo ad probandum mandatum nō quo ad delictum. Bal. consil. 97. incip. an mandatarius, qua de re concurrente querela & constito de delicto. opp. Bald. impugnata à Mars. procedere potest. Clar. q. 21. vers. ex hac conclus. & de hoc per Baiar. ad Clar. d. q. 89. nu. 8. cum seq. vbi defendit hanc op. & dicit facere inditium ad torturam: sed re vera in casibus exceptuatis, lç. Mai. Assasinij, falsæ moneta, ac aliorum, mandatarius semper facit inditium ad torturam dummodo ipse primo probet illam, ut in simili de socio criminis dicam. num. 68. in 4. par. quid autem in causa ciuili seruetur, vi. in d. 4. par. sub num. 111. lit. R. Nono, quare quomodo mors probada sit: ad quod scire prius oportet in iure nostro triplici modo mortem considerari, naturalem, ciuilem, & spiritualem,

de quibus Imo. & alios in l. Gallus, § & quid si tantum. cum materia de liber. & posthū n. tot. rit. de cap. & postli. reuers. Inst. de cap. dimi. de spirituali est glo. in §. qui erit in aut. de consang. & vter. fr. collat. 6. Civilis mors probatur per sententiam, relegationem, & deportationem, spiritualis per excommunicationem, & separationem ab ecclesia, sed ijs duobus omissis, loquendo de morte naturali præmitto regulam generalem, quod primo quilibet præsumitur 241 vivere usque ad centum annos. l. fina. C. de factosan. eccl. Pract. Pap. in for. libel. quod pertinet hæreditas. ex testamento. gloss. in verb. possebat. circa princip. sed quia pauci sunt hodie qui ad illam ætatem perueniat, dicitur melius 242 fortè p. t. umptionem esse, quod vita humana non durat centum annos, vt tenet Aret. in l. seder si de sua. colu. n. 4. ff. de acqua. hære. Vni. comm. op. 3. 10. lib. 2. & alios. quos refert Soarez. recept. sent. in verb. vita humana. p. n. 66. Arius Pinell. l. 2. capit. vlt. nu. 33. C. de rescind. vñd. sed in probatione mortis naturalis nil melius arbitror dici posse, quam ex doctr. Bart. indicio suo tract. de test. nu. 37. vbi inquit, quando probanda est mors ob causam magnam, puta succedendi vel alicuius commoditatis allatura (quod mihi usque hoc nunquam contigit, nec contingere spero, minusq. opto) tunc probatur saltem per famam, ortum habentem. 243 non à personis vilibus, sed ab hominibus gravibus; at si tractaretur de morte accidentalis, vt de homicidio, & sic de casu irreparabili, de illo 244 ante omnia constare debet. Clat. §. fina. q. 3. vbi latè, deinde debet deponi per testes, à quo fuit talis occisus, vel saltem dicat, quia publicè dici audiuit talem à tali vulneratum fuisse, & inde mortuum. casus est in l. Nerarius, §. si. cum l. seq. ff. ad leg. Aquil. In causis verò parui præiu 245 dicij sat est per debilem præumptionem mortem probari, puta quia vicinus dicit audiuisse illos de familia mortui plorare, & quod ideo lamentum portabant. tener. gloss. & doct. in l. secunda, §. si dubitetur, ff. quem testa. aper. Alexand. consil. 172. num. 8. volum. 6. & Bart. dicto suo tract. de test. inquit, quod etiam inspecta atate 246 mors alicuius probati potest, vt si quis cum esset annorum 70. peregrè proficiens, per tristitia annos non redierit domum, nec unquam de eo notitia ad suos peruererit: vel si adeo quis esset debilis & infirmus, & iter malum fecisset, seu ob longitudinem, seu per vias asperas, & desertas transverso tempore hyemis quando barba blanca eadebat de celo, prout hac presenti hyeme, in qua nix non cessat cadere diu nocte in terris Lombardia. & quod communiter de eius vita suspicari potuerit, quāvis non constet alter de morte, hoc modo probari possit. item & alio modo, si quis nauigaret, & nauis tempestate maris fracta inueniretur, deinde nihil amplius de illo de quo queritur, auditum fuerit, vel simili in exercitu fortuna, & marte contraria, ferro & igne exercitus, vel si ciuitas irruit, & de isto de quo queritur nil noui auditum postea fuerit, tuc in ijs supradictis casibus quando non alter de morte constare possit, satis probata censeatur. quod etiam tollit omnem difficultatem si per testes deponatur omni debita diligentia ipsum mortuum perquisitum fuisse à suis & notis. & mors in antiquis 247 A probatur per coniecturas. Pacia. de proba. c. 12. num. 22. lib. 2. Afflct. super 1. feud. Quo temp. miles, n. um. 3 t. & quæ probatio in Antiquis requiritur, vi. Menoch. de arb. ud. cas. 115. vbi ait ait sufficere probationem per coniecturas, quod est notandum in probanda prosapia, seu linea alicurus, sive feminina, sive masculina, & quo ad probandum quem fuisse occisum, expedit constare de corpore delicti per visum, vt quis condemnari possit. Clat. § fin. questio. 4. & ibi Bala. sed quo ad procedendum prævia diligenti perquisitione, si adsunt inditia contra delinquētem Iudex poterit etiam torquere indutum, vt doceat de corpore delicti: idem Clat. q. 55. vers. quomodo autem, colum. 2. ibi bene verū est Grammat. vot. 20. & Gabriel. com. conclus. lib. 7. conclus. 17. Fatinac. quest. 2. nu. 6. & nota quod solent cadavera incognita exponi in loco publico puta in plateis, vt recognosci possint. Non omittit etiam in proposito mortis, quod si quis equum conduxit in lōginquis partibus, & mortuus equus fuisse in itinere, casu fortuito, quod sat erit probari de morte per testes (licet nō citata & absente parte) si testem animal hoc mortuum fuisse casu fortuito, ipsi tamen probabant sufficienter, & relevabant conductorem ne teneatur ad emendā, vt inquit Bald. in l. que fortuitis. nume 2. C. de dign. act. Dec. in l. contractibus, num. 26. de regu. iur. & alios quos in proposito allegat. D. Cavalca. in decis. 7. num. 23. in fi. & seq. fol. 140. in secunda par. vbi dicit bonu[m] esse habere fieri pruram à testibus & peritis illius loci, cum approbatione p[ro]p[ter]oris, seu consulorum communitatis cum sigillo. & facient fidem. Bonacossi. tract. e. uoi. 9. 16. & 19. 81. 91. 92. 93. 212. 371. 377. Alex. in consil. 7. vlt. volum. 7. & si dubitetur nunquid equus sit mortuus ex morbo, aut percussioneibus, fiat fides quod per prius erat sanus, qua fide facta transferatur onus probandi contrarium in aduersarium: nisi conductor equi esset Scolasticus. Rimini. consil. 360. idem si esset Venetus, non dico etiam Ianuensis, qui sicut nauis ab aliis removere nequit, ita equum sine calcari ire non delinquent, & conductor tenetur probare causam ob quam mortuus est equus. Gomes. Var. resolut. de locat. cap. 22. sic ad illum spectat probare qui habet custodiā Animalis. Caroc. de locat. tit. de Dol. & culp. Bonacossi. vbi supra sic de Hærede qui tenebatur tradere legatario animal legatum. Bal. in l. cum ita, §. species, de legat. 2. & in omnibus alijs qui rōne officij tenentur probare non culpam. Ias. in l. quod te. colum. 4. si cert. per. At si queratur de cadavere mortuo te 248 perto absque lignis, ad probandum nunquid tibi ipsi mortem concuerit, vel repentinamente ceciderit, tunc medici adhibendi sunt, qui iux. artis peritiam fidem faciant, & eis in hoc particulari negotio est credendum. Plaz. lib. 1. delic. cap. 13. num. 6. immo si iurauerint de credulitate, illis standum est. Paris de Put. tracta. sind. in verb. tortura. 11. 1. cap. 6. in p[ro]p[ter]o. Bart. in procem. ff. recitās. Odoft. & Parid. Put. d. trac. in verb. officialis, vbi in ijs quæ naturalia sunt, medici debent deponere de veritate, sed in ijs quæ accidentibus incognitis perueniunt, sufficit si de credulitate deponat: Franc. Cassan. de 249 Tor. capit. 10. numero septimo, & isti medici sicut alij periti, secundum eorum peritiae scientiam deponere debent cum iuramento de veritate dicenda, vt practicari dicit Felyn. in capit. proposuisti, de probatio. & Bartol. in l. Theopompus, ff. de dot. præleg. Mascar. de p[ro]p[ter]o. bat.

bat.conclus.1036.volum.2. At si de communi partiū cōsensu tales periti vocentur, non oportet ipsos iurare, quia eorum fides videatur approbata. Rom.cons.204. Fely.d.cap.proposuit, & duo ad minus medici, seu periti sunt adhibendi, si habeti possint: sin minus vnius dictū sufficiet, vt est comm.opin.Anal.in cap. significasti.num.14.in fin.de homicid. Anton.Columba.inter tracta.ctim.divers.de modo proced.extraord.in controuer.cri.art.29.fol.46;. Clar.dic̄to §.fin.§.homicidium.versic.itē scias. & versic.sed quomodo.Barto.in l.in rixa.ff.de sc̄ar.& inquit Clar.dic̄to versic.sed quomodo, 251 quod si quis exceperit occidisse, vel vulnerasse aliquē ad eius necessariam defensam, sat erit probare vidisse eius aduersarium armatumensem enudare, quia sibi obuiam venit.glo.in l.j.in verb.moderatione,C.vnde vi.Bertran.consil.128.num.3.& est communis opinio testatur Riminal.consil.13.num.30. immo persolas aduersarij minas quis posset excusari fecisse ad necessariam defensam: secundum Afflct.in prima constit.Regn.rubr.9.num.33.& rubri.23.num.30 qui meminit quendam ita absolutum fuisse: fed non ita passim est tenenda hāc opinio, quia iudex multum cōsiderare debet, an iste sit solitus talia facere, & delicti causa, an sit leuis, vel magna, & an mina fuerint magnæ, vel leues, & insuper conditiones agentis & patientis animaduertere debet, vt considerandum ponit Blanc.d.repet.l.fin.num.105.& Ias.in l.vt cum.de iust. & iu.Cassia.inter tracta.ctim.diverso.de indic.tract.7.num.15.& 16.& nota vnum, quod vbi de homicidio non constaret, nisi per confessionem accusati, qui dixit occidisse ad necessariam defensam, ex tali qualificata confessione non est puniendus pœna mortis, vt consuluit Ange.in consil.27.& post eum Panor.quos in prop.allegat. Gulie.Benedict.in cap.Raynuttus.versic qui cum alia &c. num.259.& 262. vbi dicit opinionem Alexā. in dic̄to cons.27. procedere data paritate occisoris, & occisi, præstito iuramento purgationis ab eo qui dicit fecisse ad necessariā defensam; quomodo autem fiat defensio tunc inculpatae ultra alios habetur per Abb. in cap.olim, de re C ſtitutio.spoliat. Et in materia defensionis plura accumulat.Boss.tit.de defens.Reorum. Follet.in sua pract.& ad defensam. Et cauſa defensionis in omni re adeò est fauorabilis, vt magis credendum sit paucioribus testibus quam alijs numero maiori. & verba testimoniū sunt potius in proprianda ad deſtruēdum delictum, quam ad illud concludendum, vt sup.num.178. cum seq.par.præced.Cepol.consil.crimi.1.& consil.civili.60.& defensio probari potest per testes nō idoneos, quamvis non tantam bonam rationē reddant. Mafcat.de probatio.conclus.491. volum.1. & admittuntur testes qui alias non admitterentur. Farinac.eo.tit.quæſt.43. num.16. quæſt.62.num.90. cum seq. etiam quod de credulitate deponant, quæſt.68.numero 77. sed aduerte ne concurrent plura specialia cōta regul.l.1.C.de dot.promiss.item de auditu, etiam si non redditant sufficientē causam eorum scientia. q.69.num.56.& quæſt.70.num.18. nec attenditur ordo tem potis. quæſt.76. nume.64. Sed vt ingenuē fatigat in calib⁹ arduis lēto pede crederem: nam facilime testes ad defensam reperiuntur qui existimāt nil esse pro defendendo Reo dicere mendacium. & certē non errat,

si illud nihil pro peccato intelligimus: nam pēcant valde, & ideò tu magis scire potes quanta fidis testibus sit adhibenda, l.3.eo.de test. & in concernentibus, defensiones ordinis præposteriorio non vitiat, quod easū si finis est fauorabilis, & non principium, attendit finis, & è cōtra. & si ambo fuere illiciti, attendit id quod minus nocet. Bosl.de fauor. defens.humerō 7. & 8.Mars.¶.quoniam num.90.91.& 92. Alex. consil.299. vido themate.volūm.2.consil.75.volūm.3.Bal.in l qui cum maior. de Bo.liber. & in l. quod ait lex. ad leg.Iul. de Adult. Item defensiones à statuto reiectae de quibus intelliguntur. vi. Mars.in sua pract.¶.vltima. num.1.2.3. & 3.1. cum sequen. & quibus casib⁹ renuntiari licet vi. eundem. ¶.examīnanda. nume.113. 252 Hic sumpta occasione quero decimo quomo do probatur animus deliberaatus ad delinquendū. Et non est dubium quin probatio animi, seu cordis non sit difficultis probationis: nō folus Deus dicunt scutator cordium, nec probari potest nisi ab extrinseco. In situ. ¶.Pau. num.¶.¶.fere.de Rer.diūfīo. Mafcat.de probat.conclus.nu.3. vbi per testes singulares probari ait, volumine 1. & qualiter cognosci possit quem non habuisse animū offendendi tantum, quantum offendit: vi. Mars.in l.Diuus, 253 nu.4 & 5. de sicut. Nam etiam de iute communi puniunt attentatum, & si effectus non sit secutus: gloss.no.in l.si quis non dicam, & ibi Doct.communiter,C.de sacrosanct.eccl. Ioan. de Lign.consil.20.num.15. quod possum est inter consil.crim. diuersorum, quem refert Clar.d.¶.fina. quæſtio.92. in princip. vbi plene, licet ex generalissima consuetudine non seruatur, vt inquit Ias.in l.1.in fi. ff. quod quisque iur.Boer. decil.3.13. num.3. Alexab.consil.15. sub num.2. volum.1.& tamen in statu. Mediol. viget constitu. in tit.de pœn.¶.homicida, ad cuius declarationem omnino est videndum Boss. in tit.de homicid. num.49. cum mul. sequent. & Clar.lib.5. sent.eo.¶.homicidium. versic.ex proposito, & nouissime & lauissime Menoch.de arbit. iud. cas.391. per 10. fol.301. Qua constitutione cauetur, quod etiam si non su effectus securus, tamen probata qualitate animi deliberaati quis capite puniatur, immo quod magis est, sicuti in pura rixa calore iracundia delictum committitur, & proper hoc quis in concumaciam sit bannitus, solent gubernatores, seu vice Dux status Mediol. saepē numero gratia facere, prævia pace ab eis quibus competit actio iniuriarum. Sed si delictum aut fuerit securum, aut non, dummodo fuerit attentatum cum animo deliberaato, etiam si pax habita fuerit ab offensis, nihilominus gratiam facere nō solent Principes, & animus iste deliberaatus non est com 256 præhensus in decreto gratioſo, & nil aliud est animus deliberaatus, nisi quando patratur delictum in personam aduersarij, vt vulgo dicitur, à sanguine freddo. & sic prudēter, data opera, post lapsum.20. vel 30. dierum post oram occasionem rixæ vel alterius cause, quæ causam dedit delicto, vel quando probatur quēdam occidisse nulla præcedente cā vel rixa. Menoch.de arbit. iud. cas.361. nu.55. in fi. & secūdū Boss. d.tit.de homic. num.49. animus deliberaatus est p̄meditatio quædā ad delinquendū, & facit ad declaratio nē animi deliberaati in arg.reg.in l. quicqđ calo re iracundie.de reg.iur. quem tex.adhoc allegatum vsque huc non inueni. Barto.in l.Iulia.¶.hodie,

hodie. ff. ad l. iu. repet. est etiam notatus dignus,  
 quod ille qui condemnatus est de animo deli-  
 berato, non gaudet immunitate ecclesiae. vt  
 esse communem opinionem testatur Cla. d. §.  
 q. 40. 30. vers. punctus est. quamuis Alex. con-  
 trarium sentit. cons. 145. volum. 7. magis ta-  
 men communis est, quod non gaudet, vt testa-  
 tur Didac. 2. libr. resolut. c. 20. & ita practicare  
 258 video. Sed cum soli Deo, qui est scrutator  
 cordium, ea quae in animo cōsistunt nota- sint  
 259 omnia, vt in clem. exiui, §. quamuis de verb.  
 sign. ideo animi deliberati probatio valde dif-  
 ficultis est, secundum Blanc. de indic. n. 57. & ar-  
 260 bitrio iudicis relinquitur an quis animo de-  
 liberato vel non, deliquerit, vt per Aneh. Sali.  
 & Calderin. quos refert Menoch. de arbitr.  
 iud. d. cas. 361. n. 1. fol. 301. Nec potest animus  
 deliberatus probari nisi per conjecturas, ex  
 quibusdam exterioribus. ar. §. fere. & §. Pau-  
 mun. Institu. de rerum diuīf. Nam animus &  
 261 propositū distinguitur a maleficijs & ecō-  
 tra. l. qui in iure. ff. de sur. l. primo. de Sicar. l. is  
 qui cum relo. C. eo. Brun. de indic. in 5. qua-  
 stio. secunda parte nu. 29. Menoc. vbi sup. n. 2.  
 262 Sed multa sunt indicia per quae perpenditur  
 animi deliberatio. de quibus ultra Blan. dicta  
 l. f. n. 33. cū plur. seq. vide Menoch. d. cas. 361.  
 per to. & multa sunt qualitates demonstrates  
 animum deliberatum. Mascar. latē de proba.  
 conclus. 98. vol. 1. & c. Præcedens inimicitia  
 grauis, & non leuis: nisi delinquens esset soli-  
 tus grauiā delicta facere, etiam ob minimam  
 misericordiam, quae intus nates illum forte tageret.  
 Modus percutiendi, si punctum, quando in vē-  
 tre tettigit, & vulnerauit; quia cēsim vulnerā-  
 rādo non ita malus occidendi animus iudica-  
 tur, nisi super caput. Ex loco percusso etiā co-  
 gnosci potest genus armorū quae animū delin-  
 quētis, pariter demonstrāt: nam si iuxta qua-  
 litatem armorū vulnerauit, puta cū ense pun-  
 263 Etim. cū scimitara cēsim, an sclopo vel sagita,  
 quia hæc arma animi deliberationē ostendunt,  
 & secū fuerint (vt dicitur) oleum sanctū  
 parcat Deus inuentori scloporum, quia olim  
 omnes erant paladini, nunc vero sunt Pigmei  
 brauosi. De quibus per Lyran. in 2. reg. 5. quē  
 locum citat Guliel. Bened. in cap. Raynutius.  
 versic. qui cum alia matr. e cap. n. 67. extra de-  
 testa. vbi dicit quod isti pigmei sunt altitudi-  
 nis vnius cubiti tantum. Item cognoscitur  
 animus deliberatus, ex loco in quo quis stetit  
 in insidijs, & in abscondito expectans illum.  
 quem occidit, vel vulnerauit, aut occidere,  
 vel vulnerare tentauit. ex loco etiam vulnerū  
 cognosci potest. nam si super cruribus solum  
 vulnerauit, non iudicatur animus deliberatus  
 264 sicut nec solū super brachijs: vulnera enim  
 inventre, & super caput illata omnia quidē  
 mortalia sunt, exceptis cruribus & brachijs.  
 Et ex facultate & potestate vulnerādi possumus  
 cognoscere animum deliberatum: nā si  
 quis fortē cum esset debilis nequiuverit perfic-  
 cere delictum, vel impeditus ab aliquo reli-  
 quit, securus si non impeditus, hoc in casu cum  
 potuerit facere, & non fecit animus delibera-  
 tus non iudicatur ad occidendum, sed ad vul-  
 nerandum tantum. & ita ijs diebus rescripti  
 ad excellentissimum senatum Medioli. cū vo-  
 to in causa cuiusdam Ioannis Petri Migliari-  
 ni de Santo Nazario, contra quem fuerat for-  
 mata inquisitio à D. Pratore antecessore

meo, de animo deliberato ad occidendum, &  
 ego tenui, quod esset deliberatus ad vulneran-  
 dum tantum. ex tradit. per Mant. in cons. 152.  
 & 236. vol. 1. & præcipue quia non fecit vt di-  
 citur *a sanguine freddo*. ex quo magis recepta est,  
 quod si delictum factū fuerit intra 30. dies il-  
 lud factū dicatur calore iracundie. testatur.  
 Luc. de pen. in l. omnes. C. de decurio. lib. 10.  
 tenent alij quos in prop. allegat. Menoch. de  
 arbit. iud. d. cas. 361. n. 21. & 22. videtur tribuē-  
 dum hoc velle arbitrio iudicis. qui considera-  
 re debet an difficulter potuerit quis committ-  
 tere illud delictū, quod cōmisit intra 30. dies  
 post rixam. nam hoc in casu potius calore ira-  
 cundia fecisse iudicandum est. facit illud: cū  
 266 potui nolui, cum volui adimplere nequiu-  
 si verò faciliter adimplere potuerit, & per spa-  
 tium quindecim vel triginta dierum stetit, &  
 postea deliquit, tunc iudicatur animo delibe-  
 rato fecisse, in quo est maxime consideranda  
 eius natura, nedū vt dixi si sit solitus talia per  
 parum facere delicta, sed an sit facilis ad bilē,  
 vel temperatus, quia in eo quiū constat ex hu-  
 moribus téperatis, & tamē facit delictū intra  
 decē dies, vel vltra, præsumitur animi delibe-  
 ratio. Armorum item præparatio & cētus cō-  
 gregatio malorū notāda, vt & tueri Reos pos-  
 sumus, & capitulare, & defendere dico amicū,  
 vel confirmare ad se defendendū. & vt iudi-  
 267 ces illud quod ad eos pertinet scire, intelli-  
 gent & aduertant. & si statutum dicit, quod  
 omnes qualitates animi deliberati sint adim-  
 plendē & probandæ, nec sufficeret generalis  
 præsumptio. Anchāt. regiens. q. 55. in 2. par.  
 268 Caualca. decis. 12. n. 53. & seq. in prima par.  
 Nam quando statutum requirit probationes  
 fieri simpliciter, nec dicit quales esse debent,  
 tunc intelligi debet de veris, & non de præ-  
 sumptis, vt dicunt prædicti DD. sed si disponit  
 statutum aliiquid cum certa qualitate, illa  
 qualitas est probanda. facit tex. in l. prætor. §.  
 docere. ff. de vi. bo. rap. Bar. in l. 1. §. ait prætor.  
 ff. ne quid in flu. pub. Dec. cons. 13. co. 2. Care.  
 præct. cri. §. circa. sub n. 13. Sed in hac materia  
 animi deliberati cum grano salis est procedē-  
 dum, & præcedente rixa graui, & an insultatio  
 est facta post octo dies vt dicitur cum *ogni  
 anantaggio, & superchiaria*, tunc si absq; causa:  
 E concludo animū esse liberatū: n. Impedimentū  
 vero probatur testibus aut instrumentis.  
 Menoc. de arb. iud. cas. 118. & alia dixi n. 38.  
 p. 3. & duo sunt probanda, primo quod impedimentum  
 minimē remoueri poterit. Bar. in l. quibus diebus. ff. de cond. & Demostr. secun-  
 do est probanda omnis diligentia possibilis.  
 qua non obstante obstitit impedimentum, sci-  
 licet, quod fieri nō potuit id ad quod quis te-  
 nebatur. l. qui comeatus. de re. iud. & alia per  
 D. Menoc. d. cas. 18. n. 7. & 8. & impedito non  
 currit tempus. vt infra in 5. par. n. 138. & nu.  
 196. lit. R. ver. item notandum est, cum seq. &  
 ideo qui promisit aliquod opus facere intra  
 certum tempus, vel bene facere sub certa pe-  
 na, non erit excusatus ob impedimentum,  
 quando per alium facere poterat. l. viam  
 veritatis ff. locati, nam si non est electa indu-  
 stria persona, & res per manus vnius perso-  
 nae tantum non potest perfici, tunc tenetur ad  
 pœnam conuentionalem adiectam facta. §.  
 alteri. versiculo pœnam. Institu. de inut. stip.  
 quia non dicitur adimpleuisse qui per aliū fa-

cere poterat. l. qui per alium, ff. de req. iu. vel potius, §. qui per alium de reg. iur. in 6. securi si nec fari vel loqui non potuerit, ut quia infirmitatis graui dolore detenus quasi exinanitus, vel oblitus fuerit; quia hoc in casu, etiam quod per alium adimplete poterat, excusatur. l. impossibilium. de reg. iur. Caroc. de locat. & conduct. par. 2. tit. de industr. p. 1. s. nume. 40. Caualca. decis. 25. nu. 37. par. Hinc est quod ille qui potest comparere per procuratorem non excusatur ob infirmitatem vel carcerem. Caualca. decis. 14. num. 40. p. 1. sed qualiter probabitur diligentia, dic quod in dubio in personis & rebus priuatis presumitur. l. si constante, §. si maritus. ff. solut. matt. & quilibet presumitur diligens in officio suo. ar. l. merito. ff. pro Soc. Menoc. de arb. iud. cas. 40. num. 10. & cas. 241. nu. 7. vbi aliud dicit, quod in perquirendis Instrumentis, ad hoc ut de novo produci possint, diligentia probatur sola protestatione cum iuramento precedente, & in termeno producendi iura: securi si non præcesserit talis protestatio. & de modo probandi diligentiam habetur à Bar. cons. 102. carissime Domine. vbi ait pariter qualiter sit probanda negligētia. & vtramq; probari per testes & actus exteriōres quae in facto consistunt, & probatur eo ipso quod quis habuit potestatem agēdi per se, vel per alium, & non fecit. Gozad. cons. 38. nu. 11. Mascat. de probat. conclu. 1088. num. 6. vol. 2. & non potest directe probari per testes sed p. indirectum, vt num. 8. & num. 9. Hercala. de negotiis. num. 260. & hæc omnia sunt quotidiana, & respectu pœnae cōventionalis ibi doc.

269 declarant an impedimentum excusat. Vnde cimo quæro nūquid probationes factæ in uno iudicio fidem faciant in alio, circa quod distinguendum est; sed primo dico quod dictum eius de testis in una causa pro alio, facit fidem in causa sua contra eundem ipsum testem. Boss. titu. de opp. contra test. num. 6. Vnde licet dictum unius testis regulatiter non valet, vt sup. fallit tamen quando idem testis item mouet contra alium, nam hoc in casu non potest probare pro sua intentione contra id, quod pro alio depositum sine nota periutij. secundo quæro an probationes factæ in causa ciuili, & in prima institia fidem faciant in secunda, id est in causa appellationis; & regula est quod sic; & est omnium, tam antiquorum, quam moderniorum sententia. in l. is apud quem. C. de eden. vbi Curt. num. 93. R. p. num. 36. Declaratur primo habere locum inter easdem personas. Curt. iun. d. numero 63. securi si iter alias personas, vt per R. p. ibidem, numero 36. & facit to. titu. res inter alias acta. Cranet. cons. 29. colum. 1. lib. 1. quæ declaratio est communiter approbata in d. l. is apud quem. C. de eden. Declaratur secundo habere locum quando probationes fuerunt factæ coram iudice ordinatio seu delegato & competenti. c. ad nostram. de consuet. l. fin. & ibi Batt. in rub. C. si non à compet. iud. cap. clericorum. 11. quæ stio. 1. alias non plus operarentur probationes

270 factæ coram iudice incompetenti: ac si factæ fuerint coram priuata persona. arg. earum quæ dicit Paul. de Castr. in d. l. secunda, C. de eden. Vanti. de nullit. ex defectu iuris. d. num. 101. 107. & num. 170. fallit si partes viræque in iudicis assentiant incompetenti. siue tacite, siue expressæ, iux. l. apertissimi. & l. cum specialis. C. de iudic. l. exceptiones. C. de probat. Abb. & Doc. in cap. inter monasterium. de re iud. Batt. Alex.

Imo. in l. quidam consulebat. ff. de re iud. Boss. in tit. de for. compet. & Spec. in titu. de comp. iud. addit. §. 2. Declaratus tertio procedere quando testes fuerunt publicati. Felyn. in capit. cum causa. de test. Curt. d. num. 93. Bart. in l. cum li- te mortua. ff. iud. sol. Alexand. d. l. secunda. col. 6. in fi. C. de eden. & rationem assignat Pau. de 271 Castr. ibi, quia ante publicationem non plus operatur testes, quam priuata scriptura, immo non haberent locum etiam si iudex faceret eos publicari, quoniam necesse est, si testes adhuc viuunt, quod denuo repeterant examine. gloss. Bar. Bal. & alij in l. gesta. C. de re iud. Anton. de Burr. dicto cap. inter monasterium. de re iudic. qui dicit hoc habere locum quando sunt viui, & haberi possunt vi repeterant, alias publicati possent, & plenam facerent fidem. Maran. Spe cul. Aur. in 6. par. num. 6. glo. in l. properandū, §. fin. C. de iud. Alexand. consil. 81. colum. vlt. vol. 3. vbi esse omnium sententiam dicit. item quando testes essent examinati in illis casib; in quibus anteli. con. examinati possunt, vt dicit Joan. Crot. d. tract. de test. sub nū. 273. Bart. in aut h. at si quis C. eo. obseruat raven quod si testes ante repetitionem fuerint mortui, quod legitur eorum examen Reo loco repetitionis. Clar. §. fi. quæst. 45. veis. cæterum Paul. Cast. in l. fin. C. de test. Mille. pract. 84. nume. 17. liceo Foller. in sua pract. in ver. & demum repetitur 272 videtur tenete contarium; Tamen acta & testes coram illo iudice publicati intelliguntur coram quo deposuerunt, & illi fidem faciunt. Crot. vbi sup. nu. 273. Innoe. in c. cum clamor. extra eō. Bartol. d. l. gesta. c. de re iud. Menoch. F de arbit. iud. q. 33. in princip. quapropter valde dolendum est de illis sindicatoribus permittentibus officiali exhiberi magnam copiam Procesuum, & cogentibus officialem recipere copiam dictorum procesuum eamq; soluere, licet non sit necesse illam habere, quia ei nota sunt: tamen vt magis vexetur impensis pauper officialis cogitur eam frustra recipere & solvere. Declaratur quarto habere locum quando istæ probationes erunt adita, & productæ coram alio iudice mutato in secunda instantia, alias fidem non facerent. d. l. is apud quem, & ibi Doctor. & nouissimè clariss. D. Ioann. Baptista de Honestis. p̄ceptor & Dominus meus. C. de eden. Caualca. decis. 11. nume. 11. & seq. par. 1. fol. 139. Neuizan. cons. 93. nu. 14. & seq. Felyn. in cap. causamque de test. Ottav. Pedec. 373 montan. decis. 1. nu. 53. Nam si integraliter acta, & processus non essent coram iudice ad quem producta, non sufficeret partem processus duntaxat producere. vt in l. eos, §. super ijs. l. præcipimus. C. de appell. tex. in cap. cupientes, ibi cum omnibus actis iuribus, & monumen- tis suis. De elec. in 6. Vantic. tract. nullit. titu. à quod, & à quibus mo. null. proba. poss. num. 21. 274 car. 64. & inf. nu. 291. & an acta facta in uno loco fidem faciant in alio: dico breuiter, quod sic. per tex. in d. l. is apud quem. l. a. proconsule. C. de appell. l. fi. C. de test. & est communis opinio. testatur Practic. Pap. in for. lib. quo petitur heredit. ex testamento. glo. vallatum legitimo. versie. melius tamen, quod intellige inter easdem personas, securi inter diuersas, vt sup. num. 269. & inf. nu. 285. & in 4. par. in fi. vi. Viu. De cit. 313. in 2. volum. & Fragr. ad 6. pat. Frag. 99. A versi. Holo. Sed quid si processus fuerit prouin- tiatus nullus, an dicta testimoniū publicata finis nulla.

nulla. vi. Bal. cons. 286. in 3. par. quid si acta iudicij fuerint perdepta poterunt per testes probari acta. Masc. de prob. concl. 32. vol. 1. Bar. in l. emancipatione. Imol. in c. quoniam contra ext. de probat. & differunt acta iudicij ab actibus causæ, vt per Marant. in 6. par. art. & in specie quod citatio possit probari per testes tradit. Bal. in l. consentaneum. colum. vlt. vers. quid si 275 nuntius, C. quo. & iudex. Secunda distinctio est, an probationes factæ coram arbitro locum & fidem faciant in alio iudicio, & Spec. in tit. de lit. cont. §. 4. inquit valere rei sciendo protestationem illam, que sit in compromissis, nempe quod acta factæ coram arbitro fidem faciant 276 coram bono viro, hoc est coram iudice ordinario, qui bonus vir dicitur. Menoch. de arbit. iud. in procem. nu. 6. & 7. & recenset Spec. d. §. 4. opin. Vber. antiqu. interpret. qui vult illa acta non valere quo ad sententiam diffinituam, sed in alijs casibus sic. Sed Pract. Pap. in for. op. edito. testes. in glo. suntque publicatis, versic. proinde, distinguit; aut testes examinati coram arbitro mortui sunt, & publicati, & tunc plene probant inter easdem personas, coram quocumque iudice, & in quaunque alia causa: aut sunt viui, & tunc si pars contra quam iterum essent producendi, non impedit verbo vel facto, tenent horum dicta, & probationes texti. in l. cu ante. C. de arbitri. & tex. in dicta l. fi. C. de test. limitatur nisi in compromesso esset conuentu, quod statum sit prioribus attestacionibus, quoniam & si viui existant testes, non sunt amplius repetendi, ex quo colligitur, quod talis reservatio, seu conuentio in compromesso non est superflua, quemadmodum superflua esse inquit Spec. dicto §. 4. de lit. cont. vide Ale. consil. 84. volum. 4. pract. Stiac. cap. 18. num. 58. vi. Masc. de prob. conclus. 33. volum. 1. & arbitris potest esse testis de consensu partium, vel quando res ageretur coram alio iudice. Blanc. de compromiss. q. 8. vers. arbitri. nume. 25. cum plur. sequ. Abb. in c. cum olim. num. 6. de re script. Blanc. 277 vbi supra in vers. Tertia distinctio est, nunc quid probationes factæ coram arbitratore fidem faciant coram alio iudice, & breuiter responde tur, quod non. ita tener Innoc. in capit. cum in tua. extra. de test. Iac. Butr. in l. fin. C. eo. & hec sunt quæ adducit Pract. Pap. vbi supra, & ratio est, quia arbiter debet iudicare, secundum acta 278 & probata, & seruare iuris ordinem. 2. q. 7. à iudicibus. Bero. cons. 113. car. 321. Abb. consil. 93. volum. 1. Alexan. consil. 65. num. 2. vol. 7. & in consil. 22. num. 15. volum. 5. vbi ponit differentiam inter arbitrum & arbitrarem. arbitrator autem alte, & basse sententiare potest æquitate seruata. Doctor. in cap. Quintauallis. de iur. iura. Menoch. de arb. iud. q. 8. num. 30. & quæst. 13. per to. & iste arbitrator potest credere testibus non iuratis & etiam extra iudicia liter receptis virtute facultatis quæ à committere accidentibus datur cum dictis clausulis. Cro. eo. tract. de test. par. 7. num. 230. immo testibus singularibus quando res est modici præiudicij Crauer. consil. 78. num. 7. volum. 1. Calca. consil. 99. colum. pen. Matil. sing. 433. & no quod arbitramentum probatur per testes Masc. conclus. 26. volum. 1. num. 4. maxime quando conscientia sua est remissa decisio. secundum Soc. consil. 262. num. 62. Matil. sing. 114. Menoc. de ar. iud. cas. 90. n. 9. quicquid dicit. Cur. in consil. 288. vol. 3. & de effectu clausularum harum altè, & basse, habetur plenè per eūdem Menoch. de arbit. iud. quæst. 7. nu. 41. & operatur, quod etiam enormiter lacerare possit, dum tamen do lus absit. Bald. & Doctor. in l. & in maioribus. C. de appell. Dec. consil. 39. incipit iuridictum esse arbitrari. cir. fin. Cel. Vgo in tract. claus. in verb. clausula compromissorum. versi. altè & basse. & infra dicam in materia Brachij Regij. in 3. 281 par. Quarta distinctio erit, aut queritur nunquid probationes in causa criminali factæ, & in prima instantia, fidem faciant in alio iudicio criminali. & Pract. Pap. in for. opp. controtest. d. glo. suntq; versic. proinde tenet, quando probationes habent originem ex dictis factis in delictis, fidem non faciant. ar. l. nunquā plura. ff. de priu. delict. aut habent originem ex eodem facto, & tunc fidem faciant inter easdem personas. argum. l. t. ff. arbor. fut. cas. sed quia 282 in multis casibus non defertur appellationi in causa criminali, vt per Spec. in tit. de appell. §. in quibus autem casibus, per tot. & adsunt in nonnullis prouincijs statuta hoc excepte prohibentia. vt in stat. Medioli. est constitutio. in titu. de accusat. q; à sententia lata in causa criminali non poshit per quempiam appellari: nisi per rescriptum res esset circumscribenda: ideo non insisto, sed huius sum opinionis, quod in illis casibus, in quibus potest deferriri appellatio, item quando per rescriptum res esset circumscriptibenda (dico) illas probationes per prius factas non facere plenam fidem, quia exactissime requiruntur probationes in causis criminalibus. l. fin. C. de probat. & tractatur de re & personis pro quibus oportet valde laborare circa veritatis claritatem & certitudinem, & in prop. vid. Tind. in suo tract. de test. cap. primo. 3. par. num. 5. qui mouetur per text. in l. epistolam. C. de episc. aud. per text. §. si verò crimen collat. 9. in auth. de sanc. episc. Procellus factus a laico, an fidem faciat coram ecclesiastico contra clericum, regulatiter non. Clar. q. 36. versi. ultimo. q. 96. versi. quæro etiam. vi. Bal. in l. magistribus. cit. fi. de iurisd. om. iii. vbi dicit quod ad instruendum iudicem fidem facere, securus quod ad condemnandum. nec discrepat Fel. in c. at si clerici. sub num. 14. de iud. quia circa testes innuit procedere securus quo ad confessionem. vi. Affl. super consti. in ver. damna Clandestina. Not. q. ver. 4. quæro. Gramm. consil. cti. 40. cir. princ. Farin. de Delict. titu. de inquisitio. q. 7. num. 43. Vbi. com. opin. in versi. iudex laicus Cartar. de excep. sen. capt. Bam. cap. fin. num. 4. 5. & 6. Mascar. in verb. acta. & Gui. Pap. decisi. 136. Capel. Toll. decisi. 196. & 198. vbi concludunt non cogi ergo est ei arbitratum, & Bartol. in l. gesta. sub numero sexto, dixit quod si procellus est authenticatus, quod fidem facit. C. de re iudic. matrin. in facto probanda. Rip. in l. is apud quem. numero 33. C. de eden. 285 Quinta distinctio erit, aut queritur nunquid probationes factæ in causa ciuili fidem faciant in causa criminali: & breuiter dico quod non, vt tenent omnes, præcipue Bart. in l. prætor edit. §. primo. ff. de iur. iura. Clar. d. §. final. q. 54. ver. item si producuntur. Villalob. co. opin. lit. a. post nume. 47. Rip. d. l. is apud quem. Soarez recept. senten. num. 41. & in 4. par. in fi. fallit si testes fuerunt producti per Reum, ad absoluti nem, secundum Pract. Pap. d. glo. suntq; publicati, & d. glo. proinde. per l. 1. & l. si præses. cap. de plagia. fallit etiam si fuerint producti per acto-

actorem non principaliter ad cōdemnandum, sed super aliquo administriculo, & incidenti text. in l. capite quinto, de adult. & in dicta l. prima, & in l. si præses. Boff. in tit. de plur. violent. nu. 117. vbi inquit, quod infamis in secundo iudicio rejici potest, & quamvis iij plenam fidē non 286 faciant, tamen in dictū probant. vt per Crot. eod. tract. num. 63. in 3. par. & Hipp. singu. 98. G incip. laicus contra clericum. faliit etiam quando probatio civilis esset priuilegiata, vt est probatio per iuramentum in item, quia etiam in criminali fidem faceret. Plot. in repet. l. si quando. nu. 691. C. vnde vi. Item aduerte quod quando esset actum ad interesse ciuiliter coram iudice habente vtramq; Iurisdictionem procedē di ciuiliter & criminaliter; quia cōstituo ei per dictas probationes de criminē (de quo potest ex officio procedi) tunc poterit inquirere. Clas. §. fi. q. 19. ver. vnum tamen, nam per eas probationes est aperire viā iudicii ad inquirēdū, aliud est quod probationes illę fidē faciant in alio iudicio. Sed quid econuerso, nunquid probations factae in causa criminali fidē faciant in ciui- li. & communis sententia est, quando res agitur inter easdem personas, tunc fidem facere, quam tēnent Alexand. & alij, & potissimum. Ias. in dicta l. is apud quem. C. de eden. sed si res agatur inter alias personas, & sententia afferret præiudicium ipsis, faciunt fidem, alias non, que intelligenda sunt secundum declaratiōnē Bal. in consil. 74. in 2. volum. & Barbat. consil. 9. volum. 1. Abb. in capitū. testimonium. de testib. 288 Sexta, & ultima distinctione erit, aut queritur, nunquid probationes factae in iudicio summario fidem faciant in plenario, & dico, quod nō, per tex. in l. si iudex. ff. de ijs qui sunt sui, vel alieni iur. ibi alimentorum causa non facit veritati præiudicium. Anto. in cap. causam. extra. de test. Tynd. eod. tract. cap. 1. par. 2. nume. 2. & 289 quæ sīn causā summaria, vide plene per Marant. Spec. aur. in 4. par. distin&t. 9. fallit primo. quando in iudicio summario plene cognitum sit super aliqua exceptione: nam hæc cognitio fidem faciet in plenario. Bald. in dicta l. is apud quem, & in l. si iudex. ff. de ijs qui sunt sui. Crot. eod. tract. num. 276. versic. prima sit conclusio. fallit secundo quando iudicium erat plenaria faciendum, sed propter partis contumaciam, factum fuit executiūm, & summarium. Nam 290 omnis processus in contumaciam factus dicitur summarius: quod tene menti. Bartol. in l. 1. C. quorum appella. non recip. Franc. de Are. in dicto cap. causamque, in fin. de test. quos refert, & sequitur Crot. vbi supra nume. 277. Marant. Spec. aur. dicta 9. distin&t. in 4. par. num. 61. ver. sic. 14. Dec. hoc vi. Menoc. de act. poss. Remed. vlt. sub num. 37. & 38. vbi in versic. declaratur secundo, ait de probationibus sumptis in possessorijs summarij non probantibus plene in causa turbatæ possessionis. per Salic. in l. si quis de fundamento, col. pen. cur aut condemnationem, C. ad leg. id de vi publ. Et in summa me- 292 moria repetam, quod acta illa quæ in primo iudicio sunt facta, ad hoc, vt fidem faciant in alio, semper debent denuo adi integraliter. tex. in authen. eos autem. C. de ijs qui ingred. ad appell. Alexand. in l. nam & postea, §. si minor. colum. penult. ff. de iur. iura. Guid. Pap. tractat. de appell. quæst. 10. & idem decis. 20. & 436. concl. 7. Dec. consil. 513. num. 10. Abb. & Felyn. in capitū. ea quæ. in fin. de re iud. Vant. de null. tit. à

quo & quibus, num. 21. versic. & præmissa. & in materia supradictarum conclusionum est re currendum omnino ad Bar. in l. cum lite mortua. ff. iud. sol. & ad Pract. Papien. in for. op. contro. test. post public. glo. in verb. suntque publicatis. versic. proinde quārī solet. Tynd. eo. trac. nu. 273. cum plur. sequen. & Boff. in tit. de pju. H. violent. num. 117. Postremo not. quod testes qui in prima instantia nō fuerunt aperti, & publicati fidem faciunt. secundum Bal. in alia. addit. ad spec. titu. de appell. §. 11. colum. 5. circ. fi. ter. in l. per hanc. C. de tempo. app. immō in curia Romana statutur quod fertur sententia testibus non publicatis etiam usque ad tertiam sententiam ne generetur præiudicium in producē dis testibus in causa appellations, & sic partes procedunt oculis clausis. ita Guid. Pap. quæst. 58. & Anch. ar. consil. 53. in fi. Publicatio in prima instantia non impedit exāmen in alia instantia. Far. quæst. 75. num. 102. sed publicatis testibus pars contra. quam probat si non desistat à lito poterit condemnari in expensis. l. qm in alterius. de reg. iur. l. si quis insciatus. ff. de postulan. Ias. in l. properandum. §. fin. autem alterutrum de iudic. Item scias quod exāminatio testis non completa nihil probat. glo. in l. in ciuile de leg. Mascal. de prob. conclusi. 68 r. vol. 2. Ideo scias in preposito quod si in prima instantia fuerit minus perfecte probatum, quod in causa appellationis poterit plene probari. l. amplio rem. §. 1. C. de appell. vbi omnes doct. sed de iure Cano. non decet. secundum Bald. in addi. ad Spec. §. fi. tit. de appell. colum. 13. circ. fin. vers. item queritur, sed de iure ciuili sic. nisi aliter statuto caueatur. vt in statutis Lanuae in ciuile. c. 3. lib. 3. sed si quis non fuerit distinctiūne absolułus poterit de nouo agere coram eodem iudice & non probatum probare. iux. cap. exāminata. de iudic. & in l. properandum. ff. eo. vi sit quando absoluitur quis ab obseruatione iudicij. Guid. q. 500. Menoch. de arbit. iud. cas. 239. non obstante dicto statuto. & vid. inf. fol. 129. vbi alia ad propositum tradidi sub lit. H. proprie. 292 fi. Cartera autem in hac probationum materia ultra Spec. eod. titu. de probat. qui latissime omnia tangit tanquam pater practicæ, videri possunt per amplum & longum tract. D. Iosephi Mascaldi Sarzanensis de probat. & nouissime D. Pacia. Mutinensis in suo tractat. etiam de prob.

## S V M M A R I V M.

- 1 Reprobationes testium admittuntur præterquā in summarissimo possessorio.
- 2 Appellatio non datur, in summarissimo possessorio.
- 3 Reprobationes testium sunt aut ipso iure, aut ad instantiam partis. num. seq.
- 4 Iudeus an testis esse possit.
- 5 Index officium suum quando impartiri non tenetur nisi petatur.
- 6 Infamis testis an sit ipso iure repellendus, aut parte sic in instantie, & defēctus quos patiuntur testes. nu. seq.
- 7 Reprobationes testium, ex quibus causis sunt, et num. seq.
- 8 Reprobatio quæ respiuit personam testis quando debet fieri.
- 9 Verba ambigua testium a iudice sunt interpretāda.
- 10 Diffitū testis sine iuramento non arguitur de fallo.

- 11 Reprobationes quando fieri possunt contra testes per se productos.
- 12 Testes an didiciti testificatis poterunt produci.
- 13 Reprobationes quando fieri debent.
- 14 Protestatio qualis esse debet, ut testes reprobare liceat.
- 15 Cautela abundans non nocet.
- 16 Protestatione non secuta producens testes debet turare se non calumnia reprobare testes.
- 17 Iuramentū calumnia est valde periculosum ibi.
- 18 Iuramentum calumniae dicitur necessarium.
- 19 Reprobationes quae ob defectum persona testimoniū fiant.
- 20 Testium inhabilitas que consensi partium remittit minime potest.
- 21 Testes qui ipso iure repelluntur, an postquam fuerint admissi, valeat eorum dictum.
- 22 Testes domestici qui dicuntur & an idonei sint.
- 23 Testes qui dicuntur esse de familia, & an aliquo in casu sint testes.
- 24 Inimicus testis repellitur.
- 25 Par gradus & affectio habilitat testimoniū.
- 26 Vassalus, subditus, & similes, in causa domini an sint testes idonei.
- 27 Iudicis arbitrio pēdet an testes sint idonei vel ne.
- 28 Aduocatus, procurator, tutor, negot. gestor. & similis an esse possint testes.
- 29 Religiosi in causa laicorum an testes esse possint.
- 30 Religiosi in sacris constituti vbi pena sanguinis ingeritur, non debent testimonium perhibere, alias incurunt irregularitatem.
- 31 Religiosi in sacris, debent examinari coram suo iudece, etiam si causa sit laicalis.
- 32 Religiosi clerici nec tacitē nec expresse possunt consentire in iudicem secularem.
- 33 Clericus nondum in sacris perhibens testimonium sine licetia sui superioris, an veleat eius depositio.
- 34 Monachi & fratres minorcs an testes esse possint.
- 35 Defectus persona testimoniū consideratur tempore depositionis.
- 36 Exceptiones debent probari specificè, & concludenter.
- 37 Pater pro filio, & econtra, an testis esse possit.
- 38 Pater quo casu pot in testamento filij esse testis.
- 39 Legatarius potest esse testis.
- 40 Frater pro fratre vel contrafratrem nunquid testis esse possit. vi. nu. 47.
- 41 Pater plus diligit filium, quam diligatur.
- 42 Amor in descendantibus diminuitur, & quare.
- 43 Omne principium tendit ad suum finem.
- 44 Nullus amor vincit paternum.
- 45 Pater pro vel contra filium in causa criminali an testis esse possit. & econtra.
- 46 Adam si adhuc viueret, non posset perhibere testimonium.
- 47 Frater pro vel contrafratrem an testis esse possit.
- 48 Fratres peccant de duobus extremis, vel nimio amore, aut maximo odio.
- 49 Fratres in criminalibus an admittantur i testes.
- 50 Fratres inueni non coguntur perhibere testimonium.
- 51 Consanguineus an pro consanguineo testis esse possit.
- 52 Testis nemo in causa propria esse potest.
- 53 Affinis pro affine an testis esse possit.
- 54 Maritus pro vxore, & econtra an testis esse possit.
- 55 Donatio inter virum, & vxorem qua prohibita.
- 56 Vxor & vir una caro dicuntur.
- 57 Odium nullum peius, quam quod nascurit inter coniuges.
- 58 Testimonium viri & uxoris quando aliter veritas habet non potest, ualid in certis casibus.
- 59 Vir & uxor an possint cogi ad perhibendum testimonium.
- 60 Sponsa pro sponso, an perhibere testimonium possit.
- 61 Concubina pro concubinario an testis sit.
- 62 Socer pro genere & contra an testis sit.
- 63 Gener loco filij habetur.
- 64 Idem iuris est de socero & genere, quod de patre & filio.
- 65 Amor socii mortua filia diminuitur in generum.
- 66 Mulier transiens ad secundas nuptias irritat socrum ex primo viro. & de penitus transiuntis ad secundas nuptias.
- 67 Statutum de lucro dotis fauore matrimonij contrahendi factum.
- 68 Socius criminis an pro socio testis esse possit.
- 69 Socius criminis quomodo repelli potest ab eo contra quem deponit.
- 70 Saluus conductus datur sociis criminis, ut delictum manifestetur.
- 71 Saluus conductus quando est concedendus.
- 72 Saluus conductus cum alterius damno concedi non deberet.
- 73 Saluum conductum frangens, qua pena puniendus.
- 74 Infamis infamia canonica qui sit, & an testis esse possit.
- 75 Non sufficit abstinere a malo nisi fiat bonum.
- 76 Nullus in dubio presumitur immemor sue salutis.
- 77 Ab infamia canonica quando quis dicitur purgatus.
- 78 Nemo sine crimine viuit.
- 79 Homo malus et in peccato obstinatus est penitus a testimonio repellendus.
- 80 Fragilitas excusat.
- 81 Infamis infamia iuris an testis esse possit.
- 82 Infamis quando cum tormentis admittitur ad testificandum.
- 83 Iniuria leuis non infamat.
- 84 Infamis an contra eque infamem admittitur.
- 85 Index debet perquirere toto posse veritatem.
- 86 Infamis infamia facti an testis esse possit. & decidens Doctorum opinionibus.
- 87 Opinions quando sunt diuersae, licet possumus adhaerere cui magis placet.
- 88 Infames infamia facti in quatuor casibus indistincte admitti posse.
- 89 Index quid considerare debet circa defectus testimoniū & qualitatē negotiū.
- 90 Consuetudo in una Provincia potest haberri probona, quæ in alia reputatur mala.
- Consuetudo mala i auensium circa Mascheros, quibus permititur colloqui cum mulieribus in secreto licet coram cōtū multorum.
- 91 Index circa admissionē testimoniū quid facere debet.
- 92 Differentia inter testes infames, & villes.
- 93 Viles persona an testes idonei sint. & quæ sint.
- 94 Homo liber non est torquendus regulariter.
- 95 Testis vacillans, licet persona in dignitate constituta, potest torqueri. & nu. 145.
- 96 Mendax omnibus dicitur odiosus.
- 97 Falsitas per mendacium concluditur.
- 98 Quod est verisimile non arguit falsitatem.
- 99 Extrema omnia sunt vitiosa.
- 100 Testes infames infamia facti sine tortura non debent admitti.

- 101 Ignorare et viles personae quando torqucri possint.  
 102 Pauperes, & viles personae & plebei partem ci-  
tatis faciunt.  
 103 Cuiusque licet licite panem querere.  
 104 Infamia quid sit.  
 105 Vile esse non refertur ad malos mores.  
 106 Pauper an testis sit idoneus.  
 107 Dives qui dicitur, & qui pauper remissus.  
 108 Jacobus Menochius vir doctissimus.  
 109 Illustris, grauis, & nobilis persona que dicitur.  
     & n. 110.  
 111 Causa propria quo modis esse dicitur.  
 112 Venditor pro emptore & econtra auctoris sit.  
 113 Legatarius quando potest esse testis, et quando no.  
 114 Commodum sentire principaliter, & in conse-  
quentiam differt, & quando quis dicitur senti-  
re commodum in consequentiam.  
 115 Testis de collegio, capitulo, aut de universitate  
qui est an esse posse, pro collegio aut capitulo.  
 116 Testis ille qui est de universitate in causa nem-  
orum esse non potest.  
 117 Amicus Socrates, amicus Plato, magis amica  
veritas.  
 118 Cautela mala qua quis virtutem in delinquendo,  
ne indicatur.  
 119 Dicta testimoniis quomodo impugnantur.  
 120 Publicatio processus est de ordine Iudicij.  
 121 Publicatio processus quo casu non est necessaria.  
 122 Index facit litem suam si petenti denegat publi-  
cationem processus.  
 123 Sententia non praevia publicatione processus, an  
valeat.  
 124 Publicationis effectus & practica.  
 125 Testes singulares qui dicuntur.  
 126 Singularitas quotuplex.  
 127 Testes singulares an probent.  
 128 Testis singularis quibus casib. probat.  
 129 Testes singulares aperiunt viam iudicii ad facien-  
dam præsumptionem.  
 130 Testium singularitas versatur circa decem præ-  
dicamenta.  
 131 Modus non attenditur, sed conclusio.  
 132 Index non debet esse nimis pronus ad credendū.  
 133 Omnia prudenter sunt, que consilium præcedit.  
 134 Qualitas aggrauat delictum.  
 135 Singulares mille testes minus probant quam v-  
nus solus.  
 136 Cautela est ne producantur testes singulares, ni  
si vivus tamquam.  
 137 Iuramentum suppletorium non defertur ei qui  
plures testes & omnes singulares produxit.  
 138 Fides unius testis singularis potest debilitari per  
singularitatem alterius.  
 139 Testes varij qui dicuntur.  
 140 Testis vacillans quando dicitur.  
 141 Differentia rursum detur inter vacillare, & variare.  
 142 Vacillare & variare tamen sunt synonyma.  
 143 Testis vacillans torquetur quando circa principale uacillat.  
 144 Testis varius qualiter punitur.  
 145 Dictum testis variam duersis instantijs, quod  
nam attendi debet.  
 146 Dictum testis cum iuramento præualet dicto si-  
ne iuramento.  
 147 Testis esse inter duo iuramenta, quando dicitur.  
 148 Dictum unum extra torturam, & aliud in tor-  
turis præualet posterius cum tormentis.  
 149 Cuiatio partis non requiritur quando testis in  
tormentis examinatur.  
 150 Contrarietas testimoniis medicina tortura pur-  
gatur.  
 151 Tortura torturæ, et alia sunt inuenta ad eruen-  
dam veritatem.  
 152 Dicta duo contraria non ualere quo modo intel-  
ligitur.  
 153 Dictum magis favorabile attenditur & illud  
quod est magis verisimile.  
 154 Testis tortus in primo examine repetendus est in  
tortura.  
 155 Dielorum duorum cum tortura statutus posterior.  
 156 Testis uita terciam vicem regulariter non tor-  
quetur. 161.  
 157 Reus multoties torqueri potest, & quomodo.  
 158 Testis varius & semel tortus quomodo amplius  
non torquebitur.  
 159 Appellans a tortura, iterum non debet torqueri.  
 160 Reus nolens iudicii respondere potest torqueri.  
 161 Tortura est materia quotidiana, sed periculo-  
sissima.  
 162 Testis infamis, etiam ad informandam curiam  
sine tortura non est admittendus.  
 163 Index in materia tortura ad quem recurrere de-  
bet ut instruatur.  
 164 Reo quot eius corda datur pro quolibet inditio.  
 165 Indicia quæ sunt sufficientia ad repetitionem  
torturae.  
     Tortura materia a quibus tractatur.  
 166 Testes quando dicuntur contrarij.  
 167 Testes qualiter dicuntur contrarij.  
 168 Testis sibi contrarius, si incontinenti dicat me-  
lius se recordari excusat.  
 169 Incontinenti fieri quando dicitur.  
 170 Testis quando dicitur incontinenti se corrigere.  
 171 Correctionis causa debet allegari a teste sibi con-  
trario, alias puniretur.  
 172 Contraria duo simulflare non possunt.  
 173 Index debet omni conatu testes reducere ad con-  
cordiam.  
 174 Iura iuribus sunt concordanda.  
 175 Contrarietas est evitanda quantum fieri possit.  
 176 Index quando concordare testes non debet.  
 177 Concordia quem effectum parit in teste.  
 178 Concordia testimoniis quibus modis fieri potest, &  
ad quid.  
 179 Concordia saluat dictum, quando compatibili-  
le est.  
 180 Testes hinc inde contrarij qui prævalent.  
 181 Testes didicisis testificatis, non debent recipi.  
 182 Aequitate suadetur ne detur materia falsos pro-  
ducendi testes.  
 183 Terminus iste didicisis testificatis quomodo in-  
telligitur.  
 184 Index etiam ex consensu partium didicisis testi-  
ficatis non debet recipere testes.  
 185 Renuntiatio productioni testimoniis debet contine-  
re sibi saluum ins fore opponendi contra testes.  
 186 Practica publicationis attestationum.  
 187 Testes quibus casibus etiam post publicationem  
recipi possunt.  
 188 Capitula noua, & quæ vetera dicuntur.  
 189 Testes an, & quando super iisdem capitulis re-  
producendi possint.  
 190 Paria sunt non fieri, vel minus legitime fieri.  
 191 Cautela qua didicisis testificatis testes reproduc-  
poterunt.  
 192 Terminus datus ad probandum dicitur peremptorius.  
     Termino transacto ad producendum testes, quan-  
do nibilominus poterunt produci, ibid.  
 193 Terminus ad probandum est de substantialibus  
iudicij.  
 194 Dies termini quando computetur, & non compu-  
ter in termino.

- Statutum Papiae disponit, quod dies termini non computetur in termino.  
 195 Dic̄tio usque stat exclusiue.  
 196 Testes quando post publicationem pars produxit, tenetur iurare, quod eos non subornauit.  
 197 Exceptiones testium quando sunt probandae. Iudicis arbitrio pendet quando exceptiones testium sunt fiende.  
 198 Index presumitur ignorare testium qualitates.  
 199 Exceptiones qua parte instanti testem repellunt, debet incontinenti probari.  
 200 Dic̄tio incontinenti in materia probationum quomodo intelligitur.  
 201 Terminus ad probandum obiecta & exceptiones allegatas contra testes debet peti a parte.  
 202 Repulsa est odiosa. Repulsa non admittitur in remedio attentatorum, ibid.  
 203 Exceptionum probatio quae per partem omitti non potest.  
 204 Exceptio inimicitiae statim probari debet.  
 205 Inimicitiae capitales qua sint.  
 206 Exceptionum probatio quando ante testium publicationem fieri potest.  
 207 Iudicis factio impeditus poterit probare, id quod suis loco & tempore nequit.  
 208 Tempus aptum & proportionabile probandi exceptiones dicitur post publicationem.  
 209 Repulsa non conceditur nisi petatur.  
 210 Exceptiones qua altiorum requirunt indaginem in finem litis reservari debent.  
 211 Interlocutoria super exceptionibus quomodo a indice pronuntiari debet.  
 212 Exceptiones aliquando statuta disponunt reservari in fine litis.  
 213 Causae requirentes altiorum indaginem qua sint. Iudicis arbitrio relinquuntur quanam sint exceptiones altiorum requirentes indaginem.  
 214 Dicta testium quando sunt impugnanda.  
 215 Pars testē quem produxit, an reprobare poterit.  
 216 Reprobationes in tribus casib. non admittuntur.  
 217 Testes propter enormitatem delicti minime reprobantur.  
 218 Probationes exceptionum non perfici in prima instantia, an perfici poterunt in alia.  
 219 Reprobationum probationes post publicationem fiende.  
 220 Iudex quid facere & considerare debet antequā admittat reprobationem, seu exceptionum probationes.  
 221 Crimina testium in specie & concludenter probari debent.  
 222 Exceptio una ex pluribus propositis, si erit sufficiens ad repellendum testem, non etiam alias oportet probare.

## DE REPROBATIONE TESTIVM.

## Pars Quarta.

**N**VNC de Testium reprobatione dicendum venit, postquam de eorum probatione superiorius dictum est, quotū reprobatio regulariter admittitur preterquam in summarijssimo possessorio. Pausus de Cast. consi. 39. volum. 1. Maran. Specul. aur. actu. 2. in 2. p. Didac. præst. cap. 17. sub nu. 4.

- Innoc. in c. in praesentia. nu. 2. de prob. & alios quos in proposito allegat. D. Caualc. frater meus. in decif. 19. nu. 4. in prima par. & Fel. in c. ve niens. de test. vbi ponit regulam communiter approbatam cum fall. & tradit Rebuff. eo. tract. 2. de test. nu. 12. Nec est in hoc deferitur appellatio ni, quando sumus in summarijssimo possessorio. Lancelot. de attenta. fol. 214. ampl. 3. & 5. num. 4. Rolan. cons. 77. num. 3. vol. 2. Rim. iu. cons. 149. nu. 7. vol. 5. Caualea. decif. 19. n. 4. fo. 268. Soarez recepi. sent. in verb. possesso. num. 165. cum ibi pereum adduc. nu. 167. Tempus autem reprobandi testes de iure communis est ante publicationem. vt infra dicam nu. 8. verū tamen statut consuetudini, seu dispositioni statutorum, ex quibus aliquando disponitur statim fieri, aliquando in fine post testium publicationem. Menoc. de arb. cas. 2. 39.
3. Fiunt autem reprobationes aut ipso iure, vt quando lex expresse prohibet quem esse testē. exemplum de seruo, & impuberi, & de alijs infra dicendis, etiam ab q; partis instantia per iudicem statim sunt repellendi. testium, §. 1. Iul. ff. eod. & tex. & Doct. in l. hac consultissima. C. eod. Butrig. eod. tract. in prin. Pet. Reb. d. tract. nu. 3. 1. est optimus tex. in c. pia. in fi. extra. de ex cept. lib. 6. vbi exemplificat in excommunicatio. Paris de Pui. tract. synd. c. 2. sui semel. vbi la A tē de iudæo, in causa criminali. Et iudex potest ex officio se informare de inhabilitate testium quando inhabilitas causatur defectu, & odio ipsorum testium; vt puta si essent infames, Hæretici, vel iudæi, aut excommunicati. Bart. in l. 2. §. Hoc autem iudicium. nu. 8. de dam. inf. Oct. Ped. decif. 22. nu. 18. vi. inf. nu. 118. & sub nu. 218. in civili vero est necessaria protestatio. de qua inf. num. 14. an & quando testis esse possit inter Christianos, & concludit quando veritas aliter habeti non potest, quod in aës admittitur: quibus iudæis crederetur in ijs, quae ad eosum usuriam prauitatem pertinerent, postq; in aliquibus ciuitatibus nimis facti sunt amici & domestici, & vi. Mafc. de prob. conclus. 945. nu. 14. vol. 2. vbi ait Iudæum esse testem contra Christianū concorrentibus bonis præsumptionibus. Aut reprobationes fiunt non ipso iure, sed iudicis officio implorato, & repelluntur testes ex triplici causa, vel quia sint criminosi, vel non rite recepti, vel quod in eorum depositione non concludant, sint varij, singulares, falsi, & seu contrarij, vt per Clat. §. fin. q. 54. per tot. quia in ijs, quae partium fauore sunt introducta, iudex officium suum non impartitur, nisi petenti. Rebuf. eod. tract. nu. 53. Caual. dec. 46. num. 258. in 1. p. vbi inquit testem infamem à iudice minime repellendum, nisi parte instanti, & esse generalem hanc consuetudinem Gal. lxx. testatur Rebuf. d. n. 53. sumpt. ex l. 4. §. hoc aut iudicium. ff. de dam. infect. Nec ipse in partibus nostris aliter obseruari videtur usque huc: & faciunt dicta Saly. in l. si quis testibus. C. co. & Fel. in c. enm. clamor. col. fi. de test. & intellige, vt inf. nu. 87. Item sciendum est, non esse necessarium semper admittere repulsa. testiū. Nā quando Actoris intentio non est plene probata nec iuramento suppletorio corroborata. l. qui accus. C. de eden. non expedit reprobare testes, Item quando exceptiones testiū sunt notoriae, vt ex actis; non oportet eas probare, sat est allegare illas. Saly. in l. ea quidem. ff. de q. l. neq; na tales. C. de prob. Item quando repulsa. testiū